num. 46. dicens esse communem sent. DD. utriusque juris, & *ibi Hotoscius n.* 13. *Rom. d. l. Qui absenti, in princ. n.* 3. & *ibi Alex. in princ. n.* 3. *Silv. v. Privil. q. ii.* & *v. Renuntiatio, q.* 4. *Rosel. v. Indulg. num* 8. & *ibi Tabien. q.* 27. *num.* 30. *Navar. lib.* 5. *conf. in* 2. *edit. tit. de privil. conf.* 21. *n.* 3. *Bolognet. l. Omnes populi, num.* 155. *ff. de just.* & *jure, Ant. Gabr. tom. 1. communn. in tota edit. lib.* 9. *v. Ignorantia, f.* 503. *c.* 1. & latissime multis doctrinis allegatis, *Menoc. de arbit. l.* 2. *cent.* 2. *cas.* 185. *n.* 39. & *seqq. Mores de maior.* 1. *p. q.* 2. *fine*, ubi inde infert, habentem facultatem instituendi majoratum, invalide instituere, ante illius facultatis notitiam.

3 Hæc tamen sent. folet aliquibus modis temperari, 1. ut intelligatur de privilegio per modum rescripti, secus quando conceditur per modum statuti, & constitutionis. Et ratio differentiæ est, quia lex generalis, vel statutum, dum concedit privilegium, & præmio afficit, ex causa id facit, eo quod is, cui conceditur, aliquid reipublicæ causa egerit, præmioque hoc lex homines invitat: ergo agens hoc lege requisitum, quamvis ignarus legis, dignus est præmii remuneratione, imo dignior illo, qui præmii conscius, eo ductus egit. Item, qui non omnino præmium ignoravit, nam in genere præmio aliquo se afficiendum esse putavit. Divertum autem est in privilegio ex rescripto, cum hoc concedatur ex mera liberalitate, nec ante actum gestum propositum sit in præmium, sed ipsum factum postea sequatur. Sic *Bart. l. Omnes populi, n.* 37. & 38. *ff. de just.* & *jure, Crotus in repetit. ejusdem legis, n.* 127. *idem Bart. l. Divæ memoriæ, init. C. de decur. l.* 10. *Ant. in proœm. decret. v. Gregor. n.* 26. *Menoch. l.* 2. *de arbit. cent.* 2. *cas.* 185. *n.* 45. 49. & 50. Hæc tamen limitatio non est certa: nam de ea dubitat *Jason. l. Beneficium. n.* 51. *ff. de const. princ.* Et eam impugnat *Decius c.* 2. *de constit. in* 1. *lect. n.* 44. quia lex etiam petit scientiam ejus. Et *Panor. c.* 1. *de const. n.* 7. & *ibi Alex. de Nevo n.* 29. *Felin. n.* 7. *vers. Tertio limita, Berosius ibi num.* 48 dum dicunt, privilegium non prodesse, donec innotescat privilegiato: expresse loquuntur etiam de constitutione privilegiati. Verum adhuc placet prædicta limitatio. Et ad impugnationem Decii respondet bene *Menoc. dict. cas.* 185. *n.* 45. legem requirere ejus notitiam, quoad pœnam, non tamen quoad commodum.

4 2. Limitatur, ut privilegium non operetur efficaciter, itaut gesta virture illius sint alicujus valoris, donec is, cui conceditur, certior fiat: operetur tamen aliquid a concessionis tempore, nempe, ut ille, qui privilegium concessit, illud amplius revocare minime possit. Prob. ex *c. Si tibi absenti, de præb. in* 6. ubi decidit, jus in beneficium collatum absenti, non acquiri, donec absens accepter; at interim collationem revocari non posse. Sic docent *Card. in proœm. Clem. v. Universitatis q.* 5. *Bal. l. Beneficium, n.* 15. *ff. de const. in princ. Alex. de Nevo c.* 2. *nu.* 30. *de const.* ubi *Decius in* 1. *lect. n.* 44. & *Felin. n.* 7. *vers. Tertio limitat.* Sed optime hanc limitationem reprobat *Menoch. d. cas.* 185. *num.* 46. & 47. Nam ex doctrina *Cov.* 3. *var. c.* 16. *n.* 1. & aliorum, quos ibi refert, aliqua sunt privilegia, quæ ex mera concedentis liberalitate proficiscuntur, ut est donatio rei propriæ: & hæc possunt revocari a concedente ante absentis acceptationem. Alia vero sunt, quæ quamvis mere liberalia sint ex parte eorum, quibus concessio fit, non tamen sunt talia ex parte concedentis, sed cujusdam necessitatis: ut est collatio beneficii: nam tenetur prælatus ex officio conferre. Et in hoc casu loquitur *dict. c. Si tibi absenti*, ubi enim prælatus semel contulit, non potest retrocedere, etiam ante absentis acceptationem.

5 3. Limitatur, ut privilegium requirat scientiam respectu personæ privilegiatæ: nam respectu alterius, in cujus damnum est, non desideratur ejus notitia. Prob. ex *cap.* 1. *de concess. præb. in* 6. *vers. Dicebat autem, ad fin.* ibi, *Numsi alicui a sede Apostolica conceditur, quod excommunicari non possit, licet id forsitan suus ignoret Episcopus, non tamen propter hoc ejus legatur sententia*, & *vers. Similiter*, ibi, *Si alicui conferendi præbendam aliquam, a sede Apost. tributum possit as, ex hoc ipso videtur, quod sit Episc. conferendi tunc eam, penitus interdicta facultas.* Et ratio est quia cum directe concedatur ob privilegiati favorem, ipsique donatio fiat, satis est, ut ipsi intimetur, ab ipsoque acceptetur. Sic *Rom. cons.* 330. *Decius cap.* 2. *de const. in* 1. *lect. nu.* 42. & *ibi Felin. n.* 7. *vers. Hanc limitat. Mantua ibi, n* 45. *Menoc. l.* 2. *de arbi. cent.* 2. *cas.* 185. *n.* 28. Et tatis placet: quamvis *Berosius d. c.* 2. *n.* 48. censeat oppositum, dicens quando privilegium concernit favorem unius, & præjudicium alterius, desiderari quoad favorem, notitiam privilegiati, & quoad damnum, notitiam damnificati: & ait cogitandum. Et intellige non requiri notitiam damnum pa si quamvis sit privilegium per modum constitutionis concessum, ac insertum in corpore juris. Sic *Rom.* & *Felin. ibi.*

6 4. Limitatur, ut privilegium non prosit ante notitiam ejus, quando conceditur motu proprio, vel ad instantiam alterius, quam privilegiati: secus si per suum procuratorem, vel nuncium impetret privilegium: tunc enim valet a tempore, quo procurator, aut nuncio intimatur: ut dixi lib. 1. disp. 6. num 30.

7 Hinc infero, non satis esse, quando privilegium motu proprio conceditur, vel ad instantiam alterius, si tertius, qui casu audivit, certiorem faciat privilegiatum: sed oportere sit is, qui impetravit privilegium, aut nuncius ejus, aut concedentis, qui intimet. Prob. quia (ut dixi n. 2.) hæc concessio privilegii est quædam donatio, hæc vero, ut efficax sit, & omnino valida, ac irrevocabilis, oportet ut per nuncium destinatum ad id intimetur: juxta veriorem sententiam (ut dixi lib. 1. disp. 6. n. 3.) & revocationem licentiæ dixi sic opus esse intimari, hoc 3. lib. disp. 30. n. 13.

8 Tandem ex his infertur decisio nostræ quæst. An si parochus, vel Ordinarius concesserat sacerdoti licentiam assistendi matr. & ipse concessionis ignarus, assistat, valeat? dicendum enim est, uti de privilegio diximus n. 6. & 7. Si enim concesserat nuncio ab illo sacerdote misso, valet matrimonium: quia sat est illi cognitum esse, & acceptatam: si vero parochus motu proprio concedat licentiam, vel ad instantiam alterius non milii ab eo sacerdote, non valebit: imo nec si fuerit jam illius licentiæ conscius per alium, quam impetrantem, aut ejus, vel parochi, concedentis nuncium. Ut probavi nu. 6. de privilegio: quia hæc licentia, quoddam privilegium, & donatio quædam est. Et confirm. quia hæc licentia assistendi matrimonio, quamvis proprie jurisdictio minime sit, est tamen quasi jurisdictio, & quasi jurisdictionis exercitium: at exercitium jurisdictionis non potest conferri ignoranti, & quamdiu quis ignorat jurisdictionem se habere, non valet quod agit. Ut hanc *Bart. l. Barbarius, in* 2. *lectur. n.* 18. & *ibi Baldus in* 2. *lectu. n.* 28. *ff. de offi. præt. Joan. Bapt. in repetit. l. Omnes populi, n.* 138. *ff. de just.* & *jure, Bertachin suo repert. litt. D. v. Delegatus*, & *Vicarius sub n.* 140. *Rota in novissimis, t.* 1. *dec.* 750. *n.* 10. & refert *Ferretrum cons.* 75. *n.* 4. & dixi supra lib. 2. disp. 36. n. 3. errantem judicem in fundamento jurisdictionis, invalide sententiam ferre. Et confirmatur, quia jurisdictio non potest actu interno conferri: ut bene docent *Victoria materia de confess. n.* 153. *Ledesm.* 2. *p. q.* 9. *7. art.* 5. *dub.* 3. *Enrig. lib.* 6. *de pœnit. c.* 13. *n.* 13. *Bart. a Led. de pœnitentia, dub.* 28. *Vega lib.* 4. *sum. cas.* 129. Quod non alia ratione procedit, nisi quia est concesso facta homini ad actum externum, & ita externam oportet esse, ut ipsi innotescat: sed perinde est ac si esset interna, quando est externa in absentia, & is, cui conceditur, nondum certior de illa factus: ergo non sufficit.

9 Quid autem dicendum sit, quando jurisdictio, seu licentia concessa est, nec de revocatione constat? dicendum enim est, non sufficere revocatam esse jurisdictionem, aut licentiam assistendi matrimonio, nisi intimetur revocatio, per nuncium ad id destinatum illi cui concessa fuerat, & ante talem intimationem, quamvis aliunde norit sacerdos revocatam esse licentiam, matrimonium cui virtute talis licentiæ interest, & reliqua quæ egerit virtute talis jurisdictionis sic revocatæ, valere. Quia revocatio tam jurisdictionis ordinariæ, quam delegatæ, ut effectum suum sortiatur, debet intimari per nuncium ad id destinatum: ut probavi hoc 3. lib. disp. 30. nu. 11. & 13. Potest autem licentia hæc semel concessa, ad libitum revocari: quia est mere gratuita, omninoque pendens a voluntate concedentis.

Ad arg. contrariæ sent. proposita n. 1. resp. Ad 1. cum *gloss.* 10 *ea l. Licet, v. Marito*, illam legem supplendam esse per *l.* 2. *ff. de divort.* ubi habetur viro præsenti renuntiandum esse repudii libellum, vel absenti, per eum, qui in potestate ejus sit, vel in cujus potestate ipse sit: ac proinde desiderari notitiam per se, vel per alium. Ad 2. dico, non esse necessarium æquiparationem fieri in omnibus: quod enim in omnibus est simile, non simile, sed idem omnino dicitur: simile enim non est idem, *l. Quod Nerva, ff. depositi.* Æquiparatio autem in hoc tenet, quod utraque servanda est tanquam lex, voluntas principis tanquam lex generalis, testatoris autem tanquam lex privata. Ad 3. respondet *Bart. l. Barbarius in* 2. *lectur. n.* 18. *ff. de offi. præetor.* & *ibi Bald. in* 2. *lect. num.* 28. in jurisdictione prorogata eamdem esse rationem in substantiam, cum jurisdictione principali: & ideo sufficere scientiam circa jurisdictionem principalem; ignoranti enim potest accrescere accessorial, secus si principalis ignoretur. Ad 4. ea doctrina Bart. merito rejicitur per *Alex. l. Qui absenti, in princ. num.* 4. *ff. de acquir. possess. Jason l. Beneficium, n.* 51. *ff. de const. princ. Feli. c.* 2. *n.* 7. *vers. Tertio limita, de consit. Bolognet. l. Omnes populi, n.* 155. *ff. de just.* & *jure.* Et ad 1. *Eius qui in provincia*, respondetur speciale esse favore ultimæ voluntatis, & liberationis deportati.

DISPUTATIO XXXVII.

An sacerdos debeat credere dicentibus se habere licentiam a parocho, ut conjungat eos matrimonio?

SUMMARIUM.

Argumenta proponuntur ad probandum credendum esse dicenti se habere licentiam, n. 1.
Regulariter non est credendum, num. 2. & *ibi, juncto n.* 3.
An sit credendum dicenti se absolutum esse ab excommunicatione.
An sit credendum dicenti se habere licentiam fatendi alieno sacerdoti, vel recipiendi ab eo Eucharistiam, vel extremam unctionem, num. 1. & 2. *juncto n.* 6.
Quid, si persona sit fide digna, 3.
An, sit credendum dicenti se obtinuisse dispensationem ad contrahendum matrimonium omissis denunciationibus, vel habere licentiam, ut alienus sacerdos benedicat nuptias, 4.
Si opponatur alieno sacerdoti, absque licentia licentia interfuisse matrimonio, cui incumbat onus probandi, numer. 5.
Solvuntur argumenta, 6.

1 Videtur quidem credendum esse dicentibus se habere licentiam, ut alienus sacerdos interfit eorum matrimonio 1. quia hic so-

hic solum agitur de periculo animæ contrahentium, cum nulli alii damnum sequatur: nemo autem præsumitur suæ salutis immemor, *l. Sanctimus, C. de sacros. Eccl.* & *c. penud. 1. q.* 7. ibi, *Et licet neminem divini timoris contemnendo jurejurando, arbitremur immemorem, ut salutis propriæ ullum commodum anteponat.* & *c. Significasti, el 2. de homic.* ibi, *Cum eo credendum sit ipsi, qui non accusatur, vel denunciatur ab aliquo, sed per seipsum confitum apperit salutare.* Et confir. quia facile creditur, quod prodest petenti, & nemini nocet; *l. In creditore, 38. ff. de vill.* ibi, *Cui enim non æque videbitur, vel hoc satisem consequi emptorem, quod sine dispendio creditoris fuerum est?* Ulpianus *dispendio*, ait cogi aliquem credere, quod est sine suo damno: sed hoc matrim. prodest contrahentibus, & nemini nocet: ergo credendum est dicenti se habere licentiam. 2. quia sicut matrimonium est irritum absque præsentia parochi, vel alterius sacerdotis de ejus licentia, ita consensio est invalida facta alieno sacerdoti, non habenti legitimam licentiam audiendi: & tamen religiosus creditur, est pœnitenti dicenti se habere licentiam a proprio parocho, ut illi ministret Sacramenta confessionis, & Eucharistiæ, ut docent *Abb. Clem. 1. de priv. n.* 5. *Henric. c. Omnis, de pœnit.* & *remiss. n.* 25. *Bonifac. eod. Clem. 1. n.* 26. *Ang. Confessio 3. n.* 32. *Silv. Confessor. 1. q.* 7. *Armil. v. Absolutio, n.* 20. Et parochus creditur est parochiano dicenti se sassum esse habenti legitimam licentiam ipsum absolvendi, atque ita debet illi ministrare Eucharistiam: ut tradunt *D. Thom. quodl. 1. ar.* 12. & *4. d.* 18. *q.* 3. *art.* 3. *quæstiun.* 5. *ad* 2. *Ricar. 4. d.* 17. *ar.* 3. *q.* 2. *ad* 4. *Gabr.* 3. *d.* 17. *q.* 2. *art.* 3. *dub.* 1. *Turrec. cap. Quem pœnit. de pœnit. d.* 1. *n.* 18. *Ang. Confessio* 3. *n.* 32. *Arm. v. Absolut. n.* 20. *Tabien. Absolutio* 1. *q.* 24. *num.* 45. & tantum excipiunt *Ricard. Gabr. Angel.* quando parochus haberet signa probabilia mendacii pœnitentis: ergo similiter est credendum dicentibus se habere licentiam a proprio parocho, ut conjungantur matrimonio: cum utrobique sit periculum irritationis Sacramenti: imo majus sit periculum animæ si matrimonium sit nullum, cum permansuri sint conjuges in concubinatu: at peccatum irritæ confessionis transit: atque ita in propriis terminis videntur tenere aliqui, nam cum *Clem. 1. de privil.* excommunicentur religiosi, qui absque parochi speciali licentia ministrant Eucharistiam, Extremam Unctionem, aut solemnizant matrimonium; dicunt in terminis illius Clem. credendum esse dicenti se habere licentiam a parocho, ad hoc. Sic *gl. ibi v. Non habita*, *D. Anton.* 3. *p. tit.* 24. *cap.* 25. *Ang. Excomm.* 3. *cas.* 12. *n.* 17. *Rosella Absolutio* 1. *nu.* 39. *Silv. Excomm.* 7. *cas.* 14. *dub.* 7. *n.* 35. *Tabiena Excomm.* 5. *cas.* 11. *qu.* 4. *num.* 5.

2 1. Conclusio, regulariter non est credendum in Sacramento matr. dicenti se habere licentiam, ut alienus sacerdos interfit. Prob. quia licet in foro pœnitentiali, ad quem pertinet confessio, Eucharistia, & Extrema unctio, credatur se habere licentiam dicenti, at in foro externo, & in spectantibus ad ipsum, non creditur. Unde constat ex *c. Sicut, de sent. excomm.* ubi probatur non adhiberi fidem excommunicato, dicenti se absolutum esse ab excommunicatione, ibi, *Nisi excommunicati litteras absolutionis ostendant, aut alio modo legitime de eorum absolutione constet.* Cujus rationem reddit *D. Thom. quodl.* 1. *art.* 12. quia excommunicatio pertinet ad forum internum: sed matr. pertinet ad forum externum, & externam Ecclesiæ gubernationem: ergo non creditur dicenti se habere licentiam. Et confirm. quia quando consensio pertinet ad extremam Ecclesiæ gubernationem, ut est consensio annua, non est parochus adhibiturus fidem dicenti se impleviisse præceptum: ut testatur usus Ecclesiæ, solent enim peti schedulæ consensis: & de hac verbis, *Præcipit sancta Synodus, ut parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intelleto, vel dicat, Ego vos in matrimonium conjugo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum.* Dubitatur ergo, an ea verba sint de necessitate Sacramenti, aut saltem præcepti? Duæ sunt sententiæ extremæ. 1. ait, ea verba esse de necessitate Sacramenti, quare si omittantur, nullum erit matrimon. 3 Prob. quia verba ea, Vos conjugo, sunt vera: ergo efficiunt, quod significant: ergo vere sacerdos conficit matrimonium, & ita ea verba erunt de essentia. Et confirmatur, quia in reliquis Sacramentis verba ministri sunt de essentia. Sic tenet *Zephalus cons.* 540. *n.* 47. *vol.* 4.

Alii dicunt, non esse de essentia, at esse de necessitate præcepti, itaut ea omittere, sit peccatum mortale. Quia videtur res gravis, & Concilium utitur verbo præceptivo, dicens, *Præcipit sancta Synodus*. Sic docent, *Salzedo practic. c.* 73. *vers. Secundo illud*, *Vega lib.* 6. *sum. cas.* 112 116.

1. Conclusio ea verba non sunt de essentia matrimonii, quare licet omittantur, validum est. Prob. 1. quia sacerdos non est minister hujus Sacramenti, nec ejus verba sunt materia, nec forma (ut supra late probavi lib. 2. disp. 5. n. 6. & disp. 6. num. 2.) ergo ea verba non sunt de essentia. 2. quia Tridentinum in clausula irritante tantum expressit, *Qui aliter quam præsente parocho*, nec explicuit dicenti verba, & est decretum correctorium: ergo non est extendendum, ut debeat de necessitate Sacramenti, dicere verba. 3 quia necessaria necessitate Sacramenti, determinata esse debent, at Tridentinum petit indeterminata verba, cum petat ea, vel alia secundum patriæ consuetudinem: ergo ea non sunt de necessitate Sacramenti. Sic docent *Veracruz tit.* 1. *n.* 57. *Segura* 2. *par. direct. judic. cap.* 15. *n.* 52. *Enrig. lib.* 11. *lud. 4. d.* 18. *q.* 6. *ar.* 2. *n.* 5. *Angel Excomm.* 8. *num.* 16. *Silv. Excomm. num.* 5. § 26. *vers. Decimum septimum*, *Navar. summ. cap.* 27. *Hispan.* & *Latin. n.* 39. *initio*, satis esse si excommunicatus sit persona fide digna, & asserat se absolutum esse; ergo similiter in matrimonio est dicendum.

4 Hinc infertur, a fortiori non esse credendum dicenti se obtinuisse dispensationem, ne præmittantur denunciationes matrimonio, vel ut alienus sacerdos benedicat nuptias, nisi esset persona id asserens valde timorata, & fide digna: imo id magis considerandum est in hoc casu, quia cum matrimonium sine denunciationibus contractum, & benedictio ab alieno sacerdote facta, valida sint: facilius ob commodum aliquod temporale mentietur id asserens.

5 Quando autem contracto matrimonio aliquis opponit sacerdotem, qui interfuit, caruisse licentia: ipsi incumbere onus probandi, testatur *Zephalus cons.* 47. *n.* 2. *vol.* 1. quod maxima difficultate non caret: videtur enim fundata opponentis intentio in decreto *Trid. sess.* 24. *cap.* 1. *de matr.* petentis licentiam: & cum illa fit quid facti, non præsumitur: quare potius videtur onus probandi transferri in ipsos contrahentes, vel sacerdotem, qui interfuit. Sed placet concordia *Mascar. conclus.* 985. ubi alia ad hoc affert: & num. 3. resolvit, si contra licentiam opponatur a tertio, ipsi incumbere probare: si vero a proprio parocho, transferri onus probandi in alienum sacerdotem, & ipsos contrahentes.

6 Ad 1. arg. dico, quando solum agitur de periculo animæ contrahentium, in rebus mere spectantibus ad forum conscientiæ, ipsi credi, secus quando agitur de re spectante ad forum externum, & externam Ecclesiæ gubernationem. Ad confirm. dico esse in damnum animæ ipsorum contrahentium, & injuriam Sacramenti, & bonæ, ac prudentis gubernationis Ecclesiasticæ: & ideo non facile credi. Ad 2. constat ex dictis in probatione 1. conclusionis num. 2. ea enim Sacramenta pertinent ad forum internum, & minus præsumitur in illis deceptio.

DISPUTATIO XXXVIII.

An sit necessarium ad valorem matrimonii, parochum proferre aliqua verba, vel saltem sit de necessitate præceptii?

SUMMARIUM.

Quæ verba præcipiat Tridentinum parocho, ut dicat, n. 1.
Proponitur sententia dicens ea verba esse de essentia, n. 2. *Et alia non esse de essentia, nec obligare ad mortale,* 3.
Non sunt ea verba de matrimonii essentia, 4.
Quid, si audito contrahentium consensu, parochus dicat, Ego vos conjugam, 5.
Sunt ea verba de necessitate præcepti, n. 6. *Et est veniale ea omittere,* 7.
An possit parochus ea verba proferre per se, vel per interpretem, 8.
Tenetur parochus interrogare contrahentes de mutuo consensu: & qualis culpa sit non interrogare, 9.
An teneatur parochus interrogare contrahentes, num aliquod impedimentum habeant, 10.
Solvuntur argumenta, 11.

1 Supponendum est, *Trid. sess.* 24. *de matr. cap.* 1. præcipere parocho, ut præstito consensu inter conjuges, dicat quædam verba, his verbis, *Præcipit sancta Synodus, ut parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intelleto, vel dicat, Ego vos in matrimonium conjugo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum.* Dubitatur ergo, an ea verba sint de necessitate Sacramenti, aut saltem præcepti?

Duæ sunt sententiæ extremæ. 1. ait, ea verba esse de necessitate Sacramenti, quare si omittantur, nullum erit matrimon. 2 Prob. quia verba ea, Vos conjugo, sunt vera: ergo efficiunt, quod significant: ergo vere sacerdos conficit matrimonium, & ita ea verba erunt de essentia. Et confirmatur, quia in reliquis Sacramentis verba ministri sunt de essentia. Sic tenet *Zephalus cons.* 540. *n.* 47. *vol.* 4.

Alii dicunt, non esse de essentia, at esse de necessitate præcepti, itaut ea omittere, sit peccatum mortale. Quia videtur res gravis, & Concilium utitur verbo præceptivo, dicens, *Præcipit sancta Synodus*. Sic docent, *Salzedo practic. c.* 73. *vers. Secundo illud*, *Vega lib.* 6. *sum. cas.* 112 116.

1. Conclusio ea verba non sunt de essentia matrimonii, quare licet omittantur, validum est. Prob. 1. quia sacerdos non est minister hujus Sacramenti, nec ejus verba sunt materia, nec forma (ut supra late probavi lib. 2. disp. 5. n. 6. & disp. 6. num. 2.) ergo ea verba non sunt de essentia. 2. quia Tridentinum in clausula irritante tantum expressit, *Qui aliter quam præsente parocho*, nec explicuit dicenti verba, & est decretum correctorium: ergo non est extendendum, ut debeat de necessitate Sacramenti, dicere verba. 3 quia necessaria necessitate Sacramenti, determinata esse debent, at Tridentinum petit indeterminata verba, cum petat ea, vel alia secundum patriæ consuetudinem: ergo ea non sunt de necessitate Sacramenti. Sic docent *Veracruz tit.* 1. *n.* 57. *Segura* 2. *par. direct. judic. cap.* 15. *n.* 52. *Enrig. lib.* 11.

& 241. *Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 35. f.* 1024. *Perez lib.* 5. *ord. tit.* 1. *l.* 1. § *Præterea necessarium est fol.* 39. *Palacios* 4. *d.* 28. *disp.* 1. *vers. Tacitus Bart. a Led. de matrim. dub.* 21. *concl.* 3. *fol.* 1328. *Petrus de Ledesma* dicens sic declarasse Cardinales, *de matr. q.* 43. *ar.* 1. *dub.* 4. *concl. ult.* & *q.* 45. *art.* 5. *pun.* 3. *ante* 1. *dub. concl.* 2. *fol.* 184. *Manuel* 1. *tom. summæ*, 2. *edit. c.* 216. *n.* 3. *Salzedo*, & *Vega n. præc. allег.*

5 Hinc infertur, si audito utriusque consensu, parochus dicat, Ego postea vos conjungam, non impediri effectum matrim. quia mutuo consensu conjugium jam initum est: & cum ea verba non sint de Sacramenti necessitate, parum refert quoad Sacramenti valorem, sive de præsenti, sive de futuro exprimantur. Sic *Enriq. lib.* 11. *de matr. c.* 2. *n.* 7. male tamen *in comm. lit.* X, refert *Nav. lib.* 4. *consil in* 1. *edit. tit. de sponf. consil. ult.* sentire contrarium. Quia *Nav.* dicit ibi, judicem, in foro externo judicaturum, esse validum: ergo sentit valere, alias pessime judex sententiam ferret: cum non procedat ex falsa præsumptione: & bene addit *Nav.* in foro conscientiæ non esse verum matr. quando contrahentes habuere intentionem non contrahendi, nisi dum contraxerunt, parochus actu vellet eos conjungere. Quia cum tunc parochus eos non intenderet conjungere, defuit in contrahentibus intentio.

6 II. Concl. ea verba sunt de necessitate præcepti: quare peccaret parochus ea omittens. Prob. quia Trid. utitur verbis præceptivis: ut constat ex ejus verbis, quæ retuli n. 1. Sic *Veracr. append. ad specul. dub.* 4. *concl.* 1. *Ant. Cucus*, & *Petrus de Led. utroque loco citati n.* 4. *Salzedo*, & *Vega allegati n.* 3.

7 III. Concl. culpa venialis est ea verba omittere. Hæc est contra 2. sent. relatam n. 3. Pob. quia materia non est gravis, cum ea verba non sint forma Sacramenti, nec pertineant ad solemnitatem magni momenti, nec includant aliquod mysterium magnæ significationis. Præterea, quia quamvis Tridentinum utatur verbis præceptivis, at sub illo præcepto non continetur tantum, ut parochus ea verba proferat, sed alia magni momenti, nempe, ut præmittantur denunciationes, & ut matr. celebretur coram parocho, & testibus, ut habeat librum, &c. cum ergo hoc solum non sit materia illius præcepti, sed contineatur inter alia graviora, & hoc quid leve sit, ejus omissio non erit peccatum mortale. Et confir. quia isdem verbis præcipit ibi Concilium, ut parochus interroget contrahentes de mutuo consensu, ejus tamen omissio non est peccatum mortale, ut statim dicemus: ergo nec omissio verborum.

8 Non placet tamen, quod dicit *Veracr. eod. dub.* 4. *concl.* 5 posse parochum dicta verba proferre per se, vel per interpretem, licut potest consensum petere, & inquirere, per se, vel per interpretem. Quia est diversa ratio: nam interrogare, est ut cognoscat consensum, qui cum ore convenientius exprimatur, ubi parochus idioma non intelligit, non posset de consensu aliter quam per interpretem interrogare, & certior fieri: at ea verba profert parochus, tanquam Ecclesiæ minister, & ut ipsius nomine benedicat sponsos, matrimoniumque approbet: quod convenienter non fit per interpretem: maxime cum Trid. petat ipsum parochum ea verba dicere: quare erit culpa venialis: Ubi tamen parochus verba dixisset, vacaret culpa, petere ab interprete, ut ea verba declaret contrahentibus, sic dicens, Parochus vos conjungit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

9 IV. Conclusio, tenetur parochus interrogare contrahentes de mutuo consensu, nempe virum, an velit feminam habere in uxorem, & feminam, an velit illum in maritum: omissio tamen hujus interrogationis, quando parocho constaret de mutuo consensu, quia coram illo contrahentes non interrogati proferunt verba quibus exprimunt consensum, est culpa venialis. Prob. prima pars, quia id præcipit *Trid. sess.* 24. *de matr. cap.* 1. ut constat ex ejus verbis, quæ retuli n. 1. Prob. autem 2. quia est res levis. Sic *Veracr. append. ad specul. dub.* 2. *conclus.* 4. *Anton. Cucus lib.* 5. *institut. major. t.* 11. *n.* 32. nec audiendus est *Vega l* 6. *summ. cas.* 112. dicens esse mortale peccatum.

10 Addit *Veracr. eo dub.* 2. *concl.* 1. & 2. teneri parochum interrogare contrahentes, an aliquod impedimentum habeant, ne contrahere possint: & si id non interroget, peccare mortaliter, ubi non esset sibi compertissimum, nullum inter eos subesse impedimentum. Quia facit contra mandatum Concilii, in re gravissima: ut patet ex *c. fin. de cland. desponf. in princ.* ubi postquam dicitur præmittendas esse denunciationes, subditur. *Et ipsi presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obsistat.* Sed hoc intelligo, ubi esset aliqua suspicio impedimenti: & tunc non essent interrogandi contrahentes, non enim est hoc investigare: quia ipsi facile decipient parochum, & negabunt. Nec cum *Trid. d. c.* 1. præcipit, ut vir & mulier interrogentur, intelligit de impedimento, sed de mutuo consensu: ut constat ex verbis immediate sequentibus. *Et mutuo consensu intellectio, dicat, ego vos conjugo.* Item quia ea interrogatio petitur a Trid. ut fiat, dum sunt in facie Ecclesiæ, idest coram testibus, volentes jam contrahere: at non est credendum voluisse interrogationem rei tam necessariæ fieri, cum jam contrahere volunt, & ubi famæ jacturam facere deberent, si impedimentum esset infamans, quod si non esset infamans, saltem se infamarent, cum illius impedimenti conscii, essent jam parati ad contrahendum. Tandem, quia cum devenitur ad matrimonium, jam præcessere denunciationes, ex quibus constare debet an subsit impedimentum: quod si ex Ordinarii dispensatione eæ non præmittantur, ipsius Ordinarii interest, informationem præmittere de impedimentis: parochi autem solum est, obedire Ordinario præcipienti, ut eos conjungat. Quando autem in casu necessitatis urgentis, quia non est ad Episcopum aditus, ipso inconsulto, denunciationibus omissis parochus interesset matrimonio: tunc tenetur inquirere diligenter an subsit impedimentum: cum loco Episcopi succedat.

Ad arg. 1. sent. proposita n. 2. resp. Ad 1. sensum illorum verborum esse, Approbo, & declaro conjunctionem vestram legitimam esse. Ad confir. dic in ceteris Sacramentis sacerdotem esse ministrum, & ideo ejus verba esse necessaria: secus in hoc ubi ipsi contrahentes sunt ministri, ut dixi lib. 2. disp. 7. n. 2. Ad argum. 2. sent. propositum n. 3. dic, materiam esse levem, nec totalem præcepti: ut explicui n. 7. 11

DISPUTATIO XXXIX.

Qualis præsentia parochi, & testium desideretur ad matr. valorem? & an satis sit, ut intersint casu, aut vi detenti, aut dolo, vel per interpretem intelligant consensus contrahentium?

SUMMARIUM.

Non satis est præsentia corporea, sed exigitur, ut usum rationis habeant, & intelligant consensus, n. 1.
Et quid si verba non audiant, ut aliquo sensu percipiant, ut si signa videant, 2.
Sufficit, si per interpretem intelligant mutuum consensum, & potest matrim. per interpretem celebrari, n. 3. *& creditur dicto interpretis in hoc casu*, 4.
Quid, si habuere animum attendendi, & casu mente vagentur tempore contractus num. 5. *Et ibi, copula, Et casus similes conjungit.*
Quid, si parochus consulto nollet attendere, num. 6. *Et ibi, absurdus intellectus vitandus est, licet litteræ vis inferatur: & quid sit affectare.*
Quid, si vi detenti, aut dolo interfint; refertur opinio negans valere, quando parochus vi interest, 7.
Alia opinio dicens requiri testes ad id specialiter vocati, 8.
Valet, licet parochus, & testes vi detenti interfint, 9.
Idem, si dolo ad aliud vocentur n. 10. *Idem, si casu transeant*, 11.
*Peccant lethaliter contrahentes coram parochovi detento, n.*12.
Et ibi, quid coram parocho dolo ad aliud vocato, vel casu transeunti. Et quidem coram testibus sic assistentibus.
Quid, si licentia assistendi matrimonio, aut translatio jurisdictionis metu extorqueatur, 13.
Quid, si dolo extorqueatur licentia, n. 14. *Et ibi, quæ dicatur causa finalis, & quæ impulsiva? Et an semper sit finalis, quando ea cessante actus non fieret?*
Solvuntur argumenta, & explicatur regul. Qui potest invitis, ff. de regulis juris, 15.

1 IN hac disp. constat necessariam esse, ad valorem matrimonii, præsentiam parochi, & testium non tantum physicam, id est corpoream, sed præsentiam moralem, & humanam, quæ ultra physicam, addit usum rationis, & advertentiam: itaque exigitur, ut parochus, & testes usum rationis habeant, & intelligant consensum utriusque contrahentis. Unde si essent ebrii, vel dormientes, vel non adverterent, vel testes essent infantes, non valeret matrimonium. Prob. 1. quia *Trident. sess.* 24. *cap.* 1. *de matr.* inquit, *Qui aliter quam præsente parocho, & duobus, aut tribus testibus*: atque ita postulat parochi, & testium præsentiam, sed qui non adest more humano, intelligens, & advertens quid agitur, non censetur in jure præsens, *l. Coram Titio*, 209. *ff. de verb. signif.* ibi, *Coram Titio aliquid facere justus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat: itaque si furiosus sit, aut infans, aut dormiens, non videtur coram eo fecisse.* Ubi *Rebuff. vers. Ostavum intellige*, ait, ubi jus requirit præsentiam personæ, non intelligi aliquem præsentem esse, nisi intelligat quid agatur: quod idem notat *gloss. Extrav. Execrabilis, verb. Coram*, *el* 1. *de præbend.* & *cap. In primis* 2. *q.* 1. *verb. Præsente*, & *c. Testes, verb. Præsentia* 3. *q.* 9. Et latissime multis citatis *Felinus in proœmio decret. statim in princ. n.* 21. & *seqq.* ergo exigit Tridentinum, ut intersint mere humano, advertentes quid agatur. Et confirm. ex expressis verbis *Tridentini, eodem cap.* 1. ibi, *Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto*: ergo requiritur præsentia humana, cum advertentia. 2. Prob. quia ideo petit Tridentinum assistentiam Parochi, & testium, ut constet Ecclesiæ de matrimonio contracto, & de eo testificari possint, ne vivente prima uxore aliquis possit ducere secundam, eo quod matrim. non constabat Ecclesiæ: ut constat ex proœmio ejusdem decreti, sed ubi præsentia non est moralis, & humana testificari nequeunt: ergo ea præsentia est necessaria. Sic docent *Ant. Cucus lib.* 5 *instit. major. t.* 11. *n.* 59. & 6. *Veracruz append. ad speculum, dub.* 5. *concl.* 4. & *dub.* 6. *concl.* 5. *Enriq. lib.* 11. *de matrim. c.* 3. *num.* 1 & 9. *Spino specul. testam. gloss.* 15. *nu.* 47. & 48. *Petrus de Ledesma de matrim. qu.* 45. *art.* 5. *punct.* 3. *dub.* 2. *fol.* 189 *vers. In cujus rei expositionem*, & *q.* 46. *ar.* 2. *dub.* 2. *vers. Nihilominus Manuel* 1. *tom. summ. edit.* 2. *c.* 218. *n.* 11. & 18. *Vega lib.* 6. *summ. cas.* 114. & 151.

Sufficit tamen, si parochus, & testes aliquo sensu percipiant consensum contrahentium, ut si non audiant verba, videant tamen signa mutui consensus. Prob. quia matr. potest verbis, aut signis con- 2

contrahi, ut probavi lib. 2. disp. 31. n. 5. ergo satis est, si signa consensus videant. Sic *Veracr. append. ad specul. dub.* 3. *concl.* 2. *Enr. lib.* 11. *de matr. c.* 3. *n.* 1.

3 Satis etiam est, si parochus, & testes per interpretem intelligant mutuum consensum: ut si contrahentes sint distinicti idiomatis. Prob. quia ceteri contractus possunt per interpretem celebrari, *l.* 1. § *fin. ff. de verb. oblig.* ibi, *Sed verum puto, ut omnis sermo contineat verborum obligationem, itaut alter alterius linguam intelligat, sive per se, sive per verum interpretem*: ergo & matr. Et confir. quia non minus exigitur in Sacramento pœnitentiæ, ut sacerdos intelligat pœnitentis peccata, cum sit judex: sed in eo sufficit intelligere per interpretem, ut fatentur omnes, & testatur usus Ecclesiæ, quando sacerdos, & pœnitens sunt distinicti idiomatis: ergo & in matrimonio. 2. quia magis essentiale est, ut ipsi contrahentes consensum mutuum intelligant, cum hoc sit de jure naturali, & divino ab initio requisitum in matr. sed sufficit, ut alter alteri explicet consensum per interpretem: ut bene docet *gl. c. Ex litteris, el* 1. *desponf. v. Intellexerit*, & *ibi Jo. Andr. n.* 5. *Abb. nu.* 3. *Præposit. n.* 4. *vers. Secunda est lectura*, *Jason l.* 1. § *fin. n.* 4. *ff. de verb. oblig. Covar.* 4. *decret.* 2. *p. c.* 4. § *nu.* 3. ergo similiter sufficiet, ut consset parocho, & testibus de mutuo consensu, per interpretem. Sic docent *Veracr. append. ad specul. dub.* 2. *concl.* 5. & *dub.* 3. *concl.* 3. *Anton. Cucus lib.* 5. *instit. major. tit.* 11. *n.* 34. *Vival. Candel.* 1. *part. de matr. nu.* 36.

4 Credendum autem est in hoc casu, dicto solius interpretis. Quia non est testis, sed declarare electus communi contrahentium consensu. Sic *Bart. l.* 1. § *fin. n.* 9. *ff. de verb. oblig.* & *ibi Alberic. n.* 5. *Alex. n.* 1. *Jason num.* 7. & communis ibi, ut refert, & sequitur *Covar. n. præced. allег.*

5 Hinc infertur minus verum esse, quod docet *Enr. lib.* 11 *de matr. c.* 3. *n.* 1. *in comment. lit. F.* ubi ait, si parochus accesserit animo attendendi, quamvis tempore contractus distrahatur evagatione mentis, valere matrimonium. Quia habet attentionem virtualem, qualis sufficit pro aliis Sacramentis, & Missa. Sed hoc est minus verum. Quia in Missa requiritur attentio, non ut audiens sit testis, sed ut debita reverentia servetur Missæ, & sit ille actus religionis: quod debite servatur, quando audiens voluit attendere: & præter intentionem ex fragilitate divagatur: ad omnia etiam Sacramenta requiritur intentio conficiendi, & recipiendi Sacramentum, ne confectio, & suscepto sit actus fictitius, & vanus, quæ intentio virtute durat, dum a principio habita est, nec in contrariam mutatur: attentio autem, & advertentia parochi, & testium desiderarur, ut ipsorum testimonio comprobari possit, consteteque Ecclesiæ: quod testimonium nullo modo ferre possunt, nisi actu advertant: ergo non erit matrimonium. Et confirm. quia in Sacramento pœnitentiæ, dum sacerdos est futurus peccatorum judex, quantumvis voluerit advertere, si actu non advertat, minime sufficit; ergo nec in Sacramento matrimonii ubi parochus est tanquam testis. Et 2. confir. quia ad effectum testificandi de matrimonio contracto, perinde est quando actu non advertit parochus, ac si absens esset. Tandem, quia Tridentinum specificat præsentiam parochi, & testium: ibi, *Qui aliter quam præsente parocho, & duobus testibus*, nam copula, &, casus similes conjungit, *l. Sejas Cajo, ff. de fundo instruct.* sed si testes præ mentis evagatione, non adverterent ad mutuum consensum, minime sufficeret: quia revera non essent testes: ergo idem dicendum est de parocho. Et confirm. quia Tridentinum petit parochi præsentiam moralem, & humanam; omnino autem non adverten non dicitur præsens: ut utrumque probavi n. 1. Hinc fit, videtur expresse *Nav. lib.* 4. *consiliorum, in* 1. *edit. tit. de sponf. cons.* 20. & 27. *fine*, *in* 2. *tit. de cland. desponf cons.* 11. & 13. *fine*, ubi ait finem Tridentini petentis hanc præsentiam, esse, ut constet Ecclesiæ matrimonium, idque probari possit: & *Veracr. append. ad spec. dub.* 5. *concl.* 4. ubi ait non valere matrimonium, licet parochus sit vigilans, si non attendat: & *Salzedo præcit. cap.* 73. *vers. tertio*, *Spino speculo testam. gl.* 15. *n.* 47. & 48. *Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. cap.* 219. *n.* 11. *Petr. de Led. de matr. q.* 45. *ar.* 5. *punct.* 3. *dub.* 2. & *q.* 46. *ar.* 2. *dub.* 2. *Vega lib.* 6. *sum. cas.* 15. ubi dicunt, non sufficere præsentiam, nisi parochus advertat.

6 Aliquis posset hoc limitare, nisi parochus consulto vellet non intelligere consensum: ut si occluderet aures, & oculos, tunc enim valeret matrimonium. Et posset inniti declarationi Cardinalium, quam affert *Salzedo præcit. cap.* 73 inter alias, quas ibi recitat, & est ad 4. dub. quæ sic se habet, *Congregatio concilii censuit non valere matrimonium, si sacerdos non intellexit, si tamen affectatum esset non intelligere.* Affectare enim est, consulto aliquid facere, *l. Quod ait lex*, 23. §. *Quod ait lex*, ibi, *quod si non affectavit*, juncta *gloss. v. Non affectavit, ff. ad leg. Jul. de adult.* Fateor difficilem esse horum verborum sensum: unum tamen scio, nullo modo valere matr. quamvis parochus affectaret, & consulto non attendat, nec intelligat consensus. Quia tunc revera non est præsens, nec potest testificari de matrimonio: ut probavi n. præc. Et forte sensus illorum verborum est, nisi parochus affectet se non intelligere, hoc est, nisi consulto, & data opera fingat se non intelligere, cum tamen revera intellexerit. Absurdus enim intellectus vitandus est, licet litteræ vis inferatur, *l. Scire oportet*, § *Aliud, ff. de excusat. tutor.* & probat *Menoch. de præsum. l.* 1. *q.* 7. *n.* 78.

7 Tota igitur difficultas in hac re est, an hæc præsentia parochi, & testium, præter advertentiam intellectus, exposcat etiam voluntatis consensum, itaut si vi intersint, aut dolo adducti, ficta alia causa, non valeat matr. Et quidem de ipsis testibus, qualitercumque intersint, si advertant, validum esse matr. fatetur *Segura* 2. *part. directi. judic. c.* 15. *n.* 54. *Petr. de Lede. de matr. q.* 45. *ar.* 5. *pun.* 3. *dub* 2. *f.* 188. de parocho autem dicit *Segura eod. c* 15. *n.* 58. se olim firmiter tenuisse non valere matrimonium, quando vi detentus interest, & tunc propter declarationem Cardinalium relinquere cogitandum. Et *Petr. de Led. eod. dub.* 2. *fol.* 189. §. *Quo posito*, ait feclusa Cardinalium declaratione, esse satis probabile non valere. Et *Azebedo lib.* 5. *recop. t. l.* 1. *n.* 39. relinquit cogitandum, an valeat matrimonium coram parocho, & testibus sub cautela vocatis, celebratum Et prob. non valere. 1. quia potens invitis alienare, multo magis potest ignorantibus, & absentibus: *reg. Qui potest invitis*, 26. *ff. de regul. jur.* sed matrimonium non potest ignorantibus, & absentibus parocho, & testibus inniti: ergo nec ipsis invitis. Et confir. quia jure idem est abesse, & adesse, si deficiat consensus, juxta doctrinam, *Bald. l. Cum non solum*, § *Necessitas, n.* 5. *C. de bonis, quæ lib.* ergo dum parochus, & testes adsunt inviti, perinde est, ac si abessent, & ita irritum erit matrim. 2. quia præsentia moralis, & humana est hominis, ut homo est, sed ut homo constat intellectu, & voluntate: ergo talis præsentia postulat advertentiam intellectus, & consensum voluntatis: & consequenter deficiet, & nullum erit matrimonium, quando deficit consensus in parocho, & testibus vi detentis. 3. quia quando in jure præcipitur aliquid fieri coram aliquo, debet is interesse moraliter, secundum istum modum, & officium, ut si sit aliquid faciendum coram notario, & testibus, non satis est notarium interesse, ut testem, sed exercendo suum officium; quare si vi subscriberet, sigilloque muniret, nil actum esset: ergo cum Trid. præcipiat matr. fieri coram parocho, & testibus, non petit assistentiam parochi, solum ut interlit tanquam testis, sed ut interset suum munus obeundo, ut parochi munus est non pari testis, sed assistere nomine Ecclesiæ, approbando matr. & præbendo Sacramento auctoritatem, non præstatur ab eo, qui invitus, aut casu ad aliud vocatus interest: ergo tale matr. est nullum. 4. ex *l.* 1. *fine ff. de auctor. tutor.* ibi, *Tutor si invitus retentus sit per vim, non valet, quod agitur, neque enim præsentia corporis sufficit ad auctoritatem*: ergo similiter non præstabit auctoritatem matrimonio parochus vi detentus, nec valebit, quod agit. Et confir. quia si statuto requiratur præsentia alicujus, si vi præcisa adesset, actus esset nullus: quia abfuit consensus, ut docet per *d. l.* 1. *Fortunius de ultimo fine*, *illat.* 21. *n.* 438. & habetur in 1. tom. tr. 5. quia *Trid. sess.* 24. *c.* 1. *de matr.* præcipit, ut parochus interrogatis contrahentibus dicat: Ego vos conjungo: quod non præstatur ubi parochi consensus deficit. Ultimo, quia olim præcipiebatur solemni ritu Ecclesiæ, ut parochus assisteret matr. (ut constat ex variis Pontificum decretis, quæ affert *Gratia.* 30. *q.* 5. *per multa c.*) & tamen tunc non exigebatur ejus præsentia tanquam testis, ergo nec in Tridentino: & ita si invitus interfit, nullum erit matrimonium.

Alii vero dicunt requiri testes esse specialiter vocatos, alias non valere matr. Sic *Carbon q.* 45. *de restit.* 6. *Postremo ut pluribus*, & *seq.* & idem dicunt DD. asserentes testes matr. debere esse rogatos: quos referam hoc 3. lib. disp. 41. nu. 7. Et potest probari ex *l. Qui testamento, la* 2. *ff. de testam. fine*, ibi, *Sed si testes detenti sint inventi, putant non valere testamentum.* 8

Ceterum dicendum est, valere matrimonium, quamvis parochus, & testes vi detenti interfint, dummodo intelligant consensus contrahentium. Prob. ex *l. Coram Titio*, 209. *ff. de verb. oblig.* ibi, *Scire autem, non etiam velle in debet, nam etiam eo invito rectè fit*: ubi decidittur dici aliquid coram aliquo fieri, quamvis invitus adsit, si advertat: quod idem docet *gl. Extrav. Execrabilis, v. Coram, lib.* 1. *de præb.* cum ergo Trid. solum exigat matrimonium celebrari coram parocho, & testibus, satisfit, si ipsis præsentibus, quamvis invitis, celebretur. Præterea, quia salvatur finis illius decreti Trid. ex ejus præfatione collectus cum jam matrimonium illud constet Ecclesiæ, nec eo spreto ipsi possint aliud inire. Sic docent afferentes declarationem Cardinalium, *Salzedo præcit. cap.* 73. *vers. Tertio*, *Enriq. lib.* 11. *de matr. cap.* 3. *n.* 1. *Spino specul. test. gl.* 15 *num.* 49. *Petr. de Lede. de matr. q.* 45. *ar.* 5. *punct.* 3. *dub.* 2. *fol.* 189. §. *Quo posito*. *Veracr. append. ad art.* 8. *speculi, ubi de coactio. f.* 11. *Ansst. G. tem. tit. de indultis Cardin.* §. *Si tibi quod viderit, n.* 73. *Albornoz lib.* 4. *de arte contract. tit.* 1. *Manuel* 1. *t. summæ* 2. *edit. c.* 219. *n.* 11. *Vega lib.* 6. *summæ, cas.* 116. 9

Hinc infertur, a fortiori valere, quando parochus, vel testes dolo ad aliud vocati, interfunt matrimonio. Prob. isdem rationibus. Et docent *Navar. lib.* 4. *consil. in* 1. *edit. tit. de sponf. cons.* 20. *in* 2. *tit. de cland. desponf. cons.* 11. *Salzedo* alterens declarationem Cardinalium, *Enriq. Spino*, *Manuel n. præcedenti allegati*. 10

2. Infertur, si matr. celebretur coram parocho, & testibus casu transeuntibus esse validum. Quia cum advertant, vere dicuntur præsentes, cum præsentia ad valorem matrimonii petita, contenta sit sola intellectus advertentia, qua rite testimonium contracti matrimonii perhiberi possit: ut probavimus n. 9. Sic *Petrus de Ledesma de matr. q.* 45. *ar.* 5. *punct.* 3. *dub.* 2. *ad finem*, *fol.* 190. *col.* 2. §. *Ex dictis sequitur*, dicens hoc esse fere certum; quamvis *eodem dub.* 2. *fol.* 188. *col.* 2. *vers. Ex dictis sequitur*, afferat aliquos probabiliter dicere non esse matrimonium. Nam casu transeuntes non dicuntur moraliter præsentes. Sed hoc est minus verum cum transeuntes 11

ita testificari possint, si advertant, ac si data opera interessent. Et de testibus sic casu transeuntibus, docet satis esse ad mat. *Figura. 2. part. di. ed. Judicum c. 15. n. 54.*

12 Peccabunt tamen lethaliter contrahentes coram parocho vi detento; cum ratione injuriæ, tum etiam ratione contemptus Ecclesiæ: non enim ejus auctoritate contrahunt. Sic *Petrus de Ledesma de matr. qu. 45. ar. 5. punct. 3. dub. 2. fol. 180. §. In expoſitionem.* Quod idem eadem ratione dicendum est, quando parochus casu transibat, vel dolo ad aliud vocatus, accessit. Quia non contrahitur auctoritate Ecclesiæ. De testibus autem secus credo dicendum esse: non enim peccabunt lethaliter contrahentes coram ipsis vi detentis (si excludas rationem injuriæ violentiæ ipsis illatæ, hæc enim ex qualitate injuriæ pensanda est, an sit mortalis) aut dolo ad aliud adductis, aut casu transeuntibus. Quia ipsi non gerunt vices Ecclesiæ auctoritatem præstando ipsius nomine, matrimonio, quod parochus præstat, sed testium ministerium solum obeunt, quod æque præstare possunt vi detenti, aut casu transeuntes, aut ad aliud dolo vocati. Esset tamen culpa venialis: quia non servatur debita reverentia Sacramento.

13 Dubitabis autem, an similiter valeat matrimonium coram alieno sacerdote initum, de licentia proprii, si ea licentia, metu cadenti in virum constantem, extorta sit? Videtur enim non valere; quia ea licentia invalida est. Quod sic probo; quamvis enim regulariter metu gesta valeant (ut dicam lib.4.disp.8. n.4.) excipitur tamen jurisdictio, nam ea non transfertur intercedente metu: ut docent *Glos. cap. 2. verb. Conſtus, ad finem, de his, quæ vi,* ubi *Ant.n.10.Anch.n.3. Abb. n.12. & n.17. fin.Imola n.4. fin. Bart. tract. de tyranno, n. 14. Bald. l. Decernimus, n. 5. C. de sacros. Eccl.* & probant per *l. 2. tiii. ff. de judic. ibi, Ac si cum restituisset quivis ex litigatoribus, viribus prætuae compulsus est, nulla est jurisdictio.* Ubi *glos. v. Nulla*, ait, ipso jure. Si ergo metus annullat prorogationem jurisdictionis, a fortiori debet impedire ipsius translationem. Eodem modo intelligi hunc textum *ad m Bald. l. Si qui ex consensu, 8. n. 7. C. de Eposc. aud.* Sed credo valere licentiam illam, & consequenter matrim. 1. quia verius est jurisdictionem metu extortam valide transferri, quod docet *Card. cap. 2. De his, quæ vi, n. unic. vers. Quintus casus, & c. Licet, q. 31. de elect.* ducitarque, quia lex in contrarium adducta, loquitur in casu speciali, dum litigantes compelluntur contentire in judicem suum, & ita prorogare ejus jurisdictionem, quæ prorogari nequit nisi libera eorum voluntate: & ita cum sit casus specialis exceptus a regula generali, tradente gesta metu tenere, non debet extendi. Quare caute *Hoſt. dict. cap. 2. ad fin. super v. Revocari*, duxit jurisdictionem prorogatam metu non valere. Deinde, quia esto jurisdictionis translatio, & prorogatio esset invalida, extendendum non est absque aliquo textu, contra regulam generalem, ad licentiæ concessionem, quæ nec actus jurisdictionis est, nec per eam jurisdictio aliqua transfertur: ut probavi hoc 3. lib. disp. 21. n. 7.

14 Tandem rogabis, quid dicendum sit, si licentia illa dolo, & mendaciis impetrata sit a parocho, alias nullatenus concessuro? Ut si fallo nomine alicujus magnatis petatur ab illo, ut concedat licentiam certo facerdoti. Videtur, invalidam esse licentiam, & consequenter matr. 1. quia adest consensus parochi in ea licentia: nihil enim magis contrarium consensui quam error, *l. Si per errorem, ff. de jure & judic.* Et confir. quia falsitas circa causam finalem dispositionis ipsam vitiat: ut cum multis aliis late tradit *Tiraq. tr. Cessante causa, limit. 1. a n. 1. usque ad 10.* hic autem fallitas contingit circa causam finalem: nam parochus ea ratione cessante, nullo modo concessurus erat licentiam: finalis autem causa dicitur, quæ ita movet disponentem, ut alias non esset dispositurus: ut videtur sentire *Bart. l. 2. §. fin. n. 1. fin. ff. de donat.* & docent *Ant. c. Post translat. n. 35. de renunc. & ibi Abb. in 2 lect. illius tit. n. 18. Simon consil. 142. n. 9. & cons. 192. n. 21. Beccius cons. 20. n. 10.* & aliis, quos refert *Tiraq. utsup. limit. 1. n. 36. & 37.* 2. quia dispensatio ex falsa causa obtenta, est subreptitia, & nulla, *c. Quia circa, de consang.* & notant ibi DD. sed hæc licentia est quædam dispensatio, & conceditur ex falsa causa: ergo est nulla. Sed credo validam esse licentiam, & matr. Quia cum ratio illa inducens parochum, nihil prorsus conferat, sed omnino impertinens sit ad licentiæ concessionem, non censenda est ratio finalis, sed impulsiva: quæ cessante non cessat dispositio: ut cum multis tradit *Tiraq. diſſ. limit. 1. a n. 1. usque ad 10.* Nec ea videtur mens concedentis licentiam, ut velit eam esse irritam, ea petitione falsa existente, ne matr. passim irritetur: eo vel maxime, quia concedentes licentiam non later, sæpe mendaces esse, & fictitias similes Magnatum petitiones. Nec obstant in contrarium adducta: nam ad ea omnia respondetur, verum tenere, quando error, & falsitas contingit circa causam finalem: hic autem circa solam impulsivam est. Nec est verum semper causam finalem esse, eam, sine qua actus non fieret: ut docent *D. Th. d. 38. q. 1. ar. 1. ad 5. Major. 4. d. 15. q. 29. vers. Quinto arguitur, & d. 25. q. 2. Nav. sum. Lat. c. 23. n. 101. & c. Inter verba, 2. edit. concl. 5. n. 33. & seq. Cov. 1. var. c. 20. n. 2.* Et prob. ex *l. 15. Sexum, ff. de postul.* ubi tantum non esset, ne feminæ postularent, nisi Calphurnia tam impudenter postulasset, & tamen scribit *Jurisc.* eam non dedisse causam finalem, sed primam, & principalem causam esse, ut iretur obviam impudentiæ feminarum: ut bene notat *ibi gl. v. Causam.* Quod etiam in naturalibus videmus, nam removens prohibens est causa sine qua non descensus lapidis, cum tamen non sit principalis causa, sed occasio.

Ad arg. primæ sent. proposita n. 7. ad probandum invali- 15
dum esse matr. quando parochus vi detentus interest, resp. Ad 1. dico illam regulam intelligi, nisi actus in præsentia alicujus necessario fieri debeat, tunc enim licet eo invito præsente, fieri possit, non tamen absente. Ita eam regulam explicat *Rebuf. l. Coram Titio, 209. ff. de verb. signif. v. vio. 9.* & refert Bartholum, & Decium. Ad confir. dico, eam doctrinam intelligi, quando consensus alicujus exigitur cum præsentia: quod in matr. non exigitur, sed sola præsentia, quæ ad testificandum est sufficiens. Ad 2. dico, licet præsentia moralis perfecta utramque requirat, non autem imperfectam, sed sat esse ad illam, advertentiam intellectus: constat ex Concilii mente hanc imperfectam desiderari, cum ea clandestinitatem excludat, & sufficiens sit ad testificandum matr. Ad 3. dico utramque parochi præsentiam postulare Tridentinum: at tanquam testis qualificati, idest, habentis parochi dignitatem, tanquam de essentia, & tanquam præstantis auctoritatem nomine Ecclesiæ, solum ex præcepto. Ad 4. dico esse disparem rationem: quia ad valorem contractus pupilli non requiritur præsentia tutoris tanquam testis, sed ut concedat licentiam, auctoritatemque contractui præstet: ad matr. autem valorem, sat est præsentia parochi, tanquam testis. Ad confir. dic eam doctrinam esse veram, quando ea præsentia non requiritur tanquam solius testis. Ad 5. dic, ea verba non esse de necessitate Sacramenti, sed solius præcepti: ut dixi disp. præc. n. 4. Ad ultimum, dic olim eam præsentiam auctoritativam fuisse solum de necessitate præcepti, & hodie similiter esse de eadem necessitate. Ad arg. 2. sententiæ, positum n. 8. dic, in testibus testamentariis verum esse, non sufficere, si detenti sint: quia debent esse rogati: ut habetur *l. Heredes palam, §. In testamentis, ff. de testam.* secus in matrimonio, ubi non desideratur testes esse rogatos: ut dicam hoc 3. lib. disp. 41. n. 7.

DISPUTATIO XL.

Utrum ad matrimonii valorem satis sit, parochum, & testes interesse sponsalibus juramento stabilitis? Vel sponsalibus, si possea sponsi clam animo uxorio fe cognoscant? Vel si coram eodem parocho, & testibus intercedat copula, vel alii actus, ob quos olim transibant in matrimonium? Vel si interfint matrimonio de præsenti impuberum, vel puberis, & impuberis malitia non supplente ætatem, ut postea efficiatur verum matrimonium, copula maritali, vel aliis actibus, ex quibus olim resultabat matrimonium.

SUMMARIUM.

Quot casus disputandi sint in hac disp. n. 1.

Olim sponsalia, vel matrimonium de præsenti impuberum, aut puberis, & impuberis, transibant in matrimonium, per copulam, vel aliquos alios actus, n. 2. At per Tridentinum cessarunt matrimonia præsumpta, 3.

Quando parochus, & teſtes interſunt ſponſalibus juramento firmatis, proponuntur argumenta ad probandum olim transiſſe in matrimonio per tale juramentum; & ita hodie eſſe hoc matrimonium, 4.

Contrarium decernitur, n. 5. Et explicantur c. Ex parte, de ſponſalibus, & c. Si quis divinis, 30. q. 5.

Quid, ſi ſponſalia contracta ſint coram parocho, & teſtibus, an per copulam occultam transeant in matrimonium, nu. 6. Et quid, ſi fiant coram parocho actus, ex quibus olim reſultabat matrimonium, 7.

Quid de matrimonio impuberum, vel puberis, & impuberis celebrato coram parocho, & teſtibus, an transeant in matrimonium per occultam copulam habitam poſt legitimam ætatem: refertur opinio aſſirmans, n. 8 & contraria verior, nu. 9. an ſufficiat conſenſus inter ſe ipſos poſt legitimam ætatem, 10.

Solvuntur argumenta, 11.

1 TRiplex casus disputandus est in præsentiarum. I. est, quando parochus, & testes intersunt sponsalibus juramento stabilitis. II. quando intersunt sponsalibus, & postea sequitur copula, vel alii actus, per quos olim transibant in matrimonium. III. est, quando interiunt matrimonio de presenti impuberum, vel puberis, & impuberis, & completa ætate accedit copula, vel similes actus.

2 Supponendum est, ante Trid. quando aliqui contraxerant sponsalia, vel si erat uterque, aut alter impubes, & contraxerant matr. de præsenti (quo in eo casu erant sponsalia de futuro, ut dixi lib. 1. disp. 21. n. 2. & 5.) transiisse in matr. per copulam habitam effectu conjugali, vel per aliquos alios actus, per quos explicabatur consensus de præsenti, juris præsumptione: ut habetur *c. Iis, qui fidem, de sponſ. & c. unic. §. idem quoque, de sponſ. impub. in 6.* Qui vero sunt hi actus, consulendi sunt DD. juris Pontificii duobus testibus citatis, & *c. Attestationis, c. Litteras, de desponſ. impub. Covar. 4. decret. 2. p. c. 4. per tote §. 1. & 2. Menoc. lib. 3. de præsump. tota præsu. 1.*

3 Hodie autem per *Trid. seſſ. 24. c. 1. de matr.* cessarunt hæc matrimonia præsumpta, & nec sponsalia, nec matr. de præsenti inter impuberes, transeunt in verum matr. per copulam, vel alios

alios actus occulte habitos. Nam si consensus expressus, & verus hodie non constituit matrimonium, nisi præsletur coram parocho, & testibus: ut definitur *dict. cap.* 1. a fortiori iste consensus virtualis, implicitus, & interpretativus, præsumptusque id non efficiet. Sic docent *Nav. sum. Latin. c. 23. n. 144. & c. 27. n. 141. Anto. Cucus lib. 3. inſtit. major. 1. 11. num. 105. Perez lib. 8. ordin. 1. 15. 1. 2. f. 289. vers. Infertur etiam, & l. 5. t. 1. l. 1. fol. 41. ante vers. Secundo corrigitur. Monoch. de præsump. lib. 3. præsump. 1. n. 99. Guttier.* dicens sic declarasse Cardinal. *q. can. l. 1. c. 18. n. 4 & de juram. 1. p. c. 51. n. 12. 13. 14. Maiolus de irregul. l. 1. c. 5. n. 9. Spino speculum gl. 15 n. 56. 65. 66. Marienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 53. 54. 62. Azebed. tod. t. 1. l. 1. nu. 59. & 37. Albornoz de arte contrahendi, l. 4. tit. 8. Segura dicta. judic. 2. p. c. 15. n. 40.* Et ex Theologis, *Venacr. 1. par. spec. ar. 20. fin. & append. dub. 6. fin. Cordubs sum. q. 52. fin. Enrriq. lib. 11. de matr. cap. 3. num. 7. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. ar. 5. punct. 2. dub. 4. fol. 181. col. 1. Vivald. candel. 1. part. de sponſ. cap. 3. nu. 29. Philiar. de offic. sacerd. t. 1. p. 2. l. 2. cap. 1. Anglus horib. 1. par. qu. de essential. matrim. art. 4. disp. 6. fol 536. Capuz lib. 4. decis. cap. 23. n. 15. Lud. Lop. 2. par. inſtit. de matrim. c. 39. f. 106. col. 1. Barth. a Ledesm. de matrim. dub. 8. ad fin. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 244. num. 10.* & omnes.

4 His præmissis, in primo casu, an sit verum matrimonium, quando parochus, & testes interfuit sponsalibus juramento stabilitis? Esse legitimum matr. videtur suaderi: quia olim sponsalia transibant in matr. si juramento firmarentur: ut probare videtur *c. Si quis divinis, 30. q. 5.* ibi, *Si quis divinis tabulis juravit mulieri legitimam se eam uxorem habiturum, si illa legitima uxor.* Et *cap. ex parte, de sponſ.* ubi definitur, quemdam, qui promisit matrim. juramento adjecto mulieri, teneri eam tanquam legitimam uxorem habere: Ergo si hodie coram parocho, & testibus teneantur talia sponsalia, juramento firmata, erit verum matrimonium.

5 Breviter tamen dico, nullo modo esse matrimonium, quia juramentum nunquam habuit eam vim, ut sponsalia transeant in matr. Quod egregia ratione probat *D. Thom. 4. d. 28. quæstio. ar. 1. corp.* quia cum juramentum adhibeatur ad confirmationem dictorum, id tantum confirmat, quod verba dicta significant, nec eorum sensum immutat: ergo cum verba sponsalium solum contineant promissionem de futuro, eam tantum confirmabit, nec significationem alteerabit, ut transeat in sponsionem de præsenti. Præterea, quia juramentum non mutat naturam substantialem contractus, sed firmiorem reddit adjecto religionis vinculo. Non obstant textus in contrarium n. præced. adducti, quia *cap. Si quis divinis*, non decidit id esse matrimonium, sed teneri juramentum accipere eam in legitimam uxorem: quod significant ea verba, *Sit legitima uxor*, quæ sunt verba imperativi. Ad *cap. Ex parte*, dic verba, de quibus ibi Pontifex agit, esse matrimonii de præsenti.

6 In secundo casu, Quando sponsalia coram parocho, & testibus celebrata sunt, an per copulam occultam transeant hodie in matrimonium? Affirmat, quamvis subscure *Palacios 4. d. 28. disp. 1. fol. 629. col. 2. vers. At vero.* Sed contrarium est certum: quia nec parochus, nec testes testificari possunt, nisi de solis sponsalibus, iisque tantum interfunt, cum copula, per quam transitura erant in matrim. ipsis absentibus habeatur: Sic tenet *Petr. de Led. de matr. q. 46. ar. 2. dub. 1.*

7 Quando autem copula illa habita est coram parocho, & testibus, post sponsalia, negat *Petr. de Led. cod. ar. 2. dub. 2.* esse matr. Sed dicendum est non transire, quando sponsalia fuere clandestina: quia tantum possunt testificari parochus, & testes de copula. Simiter si sponsalia coram diverso parocho, & testibus celebrentur ab iis, coram quibus habetur copula: quia neutri testificari possent de matr. ed alteri de sponsalibus, alteri vero de copula. Quando vero tam sponsalia de futuro, quam copula sunt coram eodem parocho, & testibus, dicendum est, jus antiquum manere illæsum, atque ita transire in matr. verum quidem, si animo conjugali, præsumptum autem, quando fornicario haberetur copula: adeo ut probata copula, & sponsalibus, præsumeret Ecclesia matr. cogeretque ad illud, sicut ante Trid. cogebat. Quia mutuus consensus de præsenti, sufficienti signo externo manifestatus, coram parocho, & testibus, constituit matr. sed illa copula post sponsalia est sufficiens signum externum consensus de præsenti, ut constat ex *c. Is, qui de sponſ.* alias male Ecclesia ex ea præsumeret matr. ad illudque compelleret: ergo cum habeatur coram parocho, & testibus, constituet hodie matr. Ita refert *Pet. de Led. d. dub. 2.* tenisse quemdam virum doctum, & idem dicendum est de quibuscumque aliis signis, per quæ olim sponsalia transibant in matr. ut si hodie solemnis traductio ad domum, quæ antiquitus erat sufficiens ad explicandum consensum de præsenti, fieret coram eodem parocho, & testibus; coram quibus inita fuit sponsalia, iisdem advertentibus id fieri animo contrahendi de præsenti, fat esse ad matr. Prob. eadem ratione. Sic docet *Enr lib. 11. de matr. c. 3. n. 7.* dicens idem tenuisse *Cov. Baldus*, & alios Theologos consultos, idem *Spino speculum. fol. gl. 15. nu. 65. 66.* Dixi, quando illa solemnis traductio antiquitus erat sufficiens ad matrim. quia quando talis esset, magna est difficultas: ut potest videri in *Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 1. n. 56 & duplici seq. Covar. 4. decr. 2. p. c. 4. §. 2. n. 1. Guttier. de juram. 1. p. cap 51. num. fin.*

8 In tertio casu, quando matr. de præsenti, utriusque, vel alterius impuberis, malitia non supplente ætatem, interfunt parochus, & testes, an transeat in verum matrimonium, accedente copula, vel aliis actibus occulte factis, ex quibus ante Tridentinum resultabat verum matrimonium? Quidam affirmant transire hodie in verum matrimonium: Quia jam consensus de presenti semel præstitus est coram parocho, & testibus. 2. Quia hic videtur casus omissus, nec de illo sermonem fecit Tridentinum, sed tantum quando matr. de præsenti clam omnino fit: ergo relinquitur in dispositione juris communis, *leg. Commodissime, ff. de liber. & postum.* 3. quia *Trident. d. cap. 1.* reddit inhabiles ad sic contrahendum eos, qui absente parocho, & testibus contrahunt: ergo a contrario sensu, hos, qui contraxerunt præsente parocho, & testibus, non reddit inhabiles ad sic contrahendum. Sic docent *Guttier. de juram. 1. p. cap. 51. n. 18.* Et fertur *Covar.* fuisse ejusdem sententiæ.

Sed omnino tenendum est non transire. Quia necessario coram parocho, & testibus præstandus est consensus de presenti, legitimus ad constituendum matr. ille autem consensus habitus prius coram parocho est vere de futuro, nec constituit matrimonium, sed sponsalia (ut dixi lib. 1. disp. 21. n. 2.) Sic docet *Guttier. ibi contrarius q. can. lib. 1. cap. 18. a n. 3. & multis seqq. Matien. lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. nu. 58. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 3. n. 7. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 220. n. 2.* 9

Nec satis erit, si renovent consensus inter seipsos solos: sed debet esse coram parocho, & testibus: Quia alias non possent testificari de contractu de presenti. Sic *Enriq. l. 11. de matr. c. 3. n. 8.* referens alios Doctores consultos idem tenisse. Si autem defectus ætatis horum est occultus, an sufficiat inter le solos renovare consensus post legitimam ætatem, dixi lib. 2. disp. 37. n. 6. 10

Ad arg. proposita n. 8. resp. breviter consensum de presenti non esse præstitum coram parocho, & testibus, nec coram illis matrim. celebratum, quia illud matrimonium, illeque consensus, voce fuit de presenti, re autem ipsa fuit consensus de futuro, & sponsalia: Quare is casus non est omissus a Tridentino, sed in decreto irritante comprehensus. 11

DISPUTATIO XLI.

Quot, & quales testes requirantur ad matrimonii valorem.

SUMMARIUM.

Duo teſtes neceſſarii ſunt, nec ſatis erit, ſi interſit parochus cum unico teſte, n. 1.

Debent teſtes rationis uſum habere, & eſſe moraliter præſentes, 2.

Et ibi remiſſive, an ſufficiat, ſi vi detenti ſint, vel dolo ad aliud vocati, vel caſu tranſeuntes, vel ſi intelligant conſenſum per interpretem.

Debent teſtes ſimul phyſice cum parocho intereſſe, nec ſat eſt ſimultas moralis, 3.

An ſufficiant quiſcumque teſtes, proponuntur arg. ad probandum deſiderari teſtes omni exceptione majores, 4.

Sufficiunt quiſcumque, etiam infames, & excommunicati, cujuſcumque ſexus, vel ætatis, modo uſum rationis habeant, 5.

An expediat adhibere teſtes omni exceptione majores; Et an hic opitata de matrimonio contracto, plena fides adhibeatur qualibuſcumque teſtibus, 6.

An teſtes matrimonii debeant eſſe rogati, 7.

An requiratur ætas certa in procuratore ad matrim. ut ad alia negotia, n. 8. Et ibi, leges partitæ nunquam cenſentur corrigere jus commune.

Solvuntur argumenta, 9.

1 IN hac re, certum est requiri ad valorem matrimonii adesse duos testes cum parocho: nec sufficere unicum testem, cum eodem parocho. Quia *Trid. seſſ. 24. cap. de matr.* expresse irritat matr. non contractum coram parocho, & duplici teste. 2. probatur ex doctrina *Felin. cap. Ex litteris, n. 10. de prob. vers. Modo adverte*, ubi docet, quando statutum requirit ad certum actum duo personarum genera, persona unius generis non posse utriusque vicem gerere. Unde infert; stante statuto, ut valeat actus, coram presbytero, & tot testibus, ipsum presbyterum non posse esse unum ex illis testibus, & refert Ancharanum: cum ergo Trid. exigat duo personarum genera, nimirum parochum, & duos alios testes, non poterit parochus munus parochi obire, & simul vicem alterius ex illis duobus testibus supplere. Sic *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. ar. 5. punct. 3. post dub. 4.*

2 Secundo certum est exigi, ut testes rationis usum habeant, præsentesque sint moraliter: ut dixi hoc 3. lib. disp. 39. n. 1. in qua etiam disputavi, an sufficiat, si vi detenti, aut dolo ad aliud vocati, vel casu transeuntes interfint: vel intelligant consensum per interpretem.

3 Certum est, exigi ut simul parochus, & testes interfint matr. nec sufficere si successive coram illis explicent contrahentes consensum, ut modo coram solo parocho, & postea coram testibus absque parocho. Quia Trid. copulative exigit præsentiam parochi, & testium, & aliter contractum matrim. irritat: nec sufficiet simultas moralis, ut sufficit simultas materiæ, & formæ in aliis Sacramentis: quia hic præsentia parochi, & testium desideratur, ut plene constare possit Ecclesiæ de matrimonio, at non plene constat, quando non sunt simul phy-

sice parochus, & testes, cum sint testes singulares. Ita tenent *Veracruz append. ad specul. dub. 6. concl.* 4.

4 Dubium tamen est, an sufficiant qualescumque testes, vel exigantur omni exceptione majores, hoc est, tales ut nullum patiantur vitium, ex iis, ob quæ jure repelluntur a testimonio dicendo? videtur enim requiri, ut sint omni exceptione majores. 1. Quia in causa matr. cum sit gravissima, non quibus libet testibus fides adhibenda est, sed circumspectis, omnique exceptione majoribus, *c. 1. de consang. vers. Nunc quæsito*, ibi, *Si per testes circumspectos omni exceptione majores invenerit*: ergo cum Concilium exigat testes, ut possit probari matr. intelligendum est de testibus legitimis, & qui jure attento faciunt fidem. Et confir. 1. quia matr. causa est adeo ardua, ut non per quoslibet judices tractanda sit, sed per discretos, ut dicitur, *c. 1. fi. de consang.* at in causa ardua non admittitur testis cujus fides aliqua ex causa dilui potest, *c. Licet vers. Quamquam autem*: *ibi*: *quidam vero, de probat.* quem textum dicit singularem ad hoc probandum, *Bald. c. Ad nostrum, n. 1. de prob.* ergo testes, quos petit Concilium, ut interlint matr. debent esse omni exceptione majores, itaut non possit contra eos opponi aliquid, quo eorum fides vacillet. Et 2. confir. quia alias esset inutile decretum Tridentini, quod omnino vitandum est: *c. Si super gratia, in fi. de offic. deleg. in 6.* Quia ratio, quam assignari irritandi clandestina, est ne quis possit publice secundum iniere matr. eo quod primum probari nequit: si ergo sufficiunt ii testes, qui ob aliquod vitium a testimonio repelluntur, & quibus minime in foro externo adhibetur fides, idem sequetur inconveniens, cum adhuc improbabile maneat primum matr. 2. Principaliter probatur, quia cum sit jurium correctio vitanda, *l. Præcipimus, C. de appell.* novum jus, dum aliud non exprimit, est interpretandum secundum jus antiquum, ergo cum Concilium exigit testes in matr. Intelligendum est de iis testibus, qui jure antiquo ad probationem matr. desiderabantur, quales soli sunt, omni exceptione majores. Et ita *Cov. 4 decr. 2. p. c. 8. §. 12. n. 8.* alios referens, ait ad matr. probationem esse necessarios testes integros, ac in causis criminalibus, in quibus exiguntur omni exceptione majores, & probationes, luce clariores, *c. Epiphanium 5. q. 6. & l. Sciant cuncti, C. de probat.* & tradit cum aliis *Masc. de prob. concl. 1366. n. 4.* Nec valet, si dicas id esse verum, quando agitur de matr. dissolvendo, secus quando de solo probando matr. contracto. Quia etiam ad hoc desiderantur testes omni exceptione majores, ut cum multis testatur *Ant. Gab. to. 3. comm. lib. 1. de testibus concl. 8. n. 3. vers. Contrarium*, & multi alii tenent, quos refert *Masc. de probat. concl. 1023. n. 4.* atque ita probandum matrim. non admittuntur testes suspecti, ut si vir superior sit divitiis, &c. mater feminæ non admittitur ad probandum matrimonium cum filia, tanquam suspecta, eo quod ejus incrementum exoptet: ut habetur *c. Super eo, el 2. de testib. & l. 16. t. 9. p. 4* ergo similiter in matrimonio petit Concilium testes omni exceptione majores; 3. Quia *c. Cum esset, de testam.* definit Pontifex valere testamentum factum coram parocho, & duabus aliis personis idoneis, hoc est legitimis, nam statim, *cap. Relatum, el 1. quod immediate sequitur, eod. tit.* vocat testes idoneos, & statim eosdem testes legitimos, & explicat *Covar. eod. cap. Relatum, n. 8.* hoc est, qui sufficiunt communi probationi: ergo non obstante, quod Tridentinum petat auctoritatem testimonii parochi, ad valorem matrim. cum simul exigat alios duos testes, debent ii esse idonei, ac legitimi ad probandum matr. & quibus nullum vitium, diminuens fidem, objici possit. Ultimo, quia matr. clandestinum dicebatur jure communi, quod legitime probari non poterat, *cap. 2. de cland. despons.* ibi, *Si matrimonia ita occulte contrahuntur, ut exinde legitima probatio non appareat*. Et idem habetur *l. 1. t. 3. p. 4. & l. 1. t. 1. lib. 3. fori*: ergo solemnitas petita in Tridentino, ne matr. sit clandestinum, videlicet, ut interlint duo testes cum parocho debet esse conformis juri communi, & proinde testes futuri sunt integræ fidei, quibus legitime matr. probari possit. His rationibus ducti aliqui neoterici docti cencent, quamvis ad matr. valorem non requiratur ita rigida testium conditio, ac in aliis causis, at si testes sint ita suspecti, ut nulli illorum merito, & ex causa speciali credendum sit, non valere matrim.

5 Verius tamen est, ad matr. valorem sufficere quoscumque testes habentes rationis usum: nec desiderari, ut habeant qualitates jure requisitas, ut in alii negotiis habiles, ac legitimi testes censeantur. Quare sufficit licet sint infames, excommunicati, parentes consanguinei, servi, familiares, feminæ, imo, & infideles (ut ait *Veracr. statim citandus*) Probat. 1. quia quamvis alias testes sint illegitimi, & inhabiles, faciunt sufficientem fidem, nec repelluntur, quando sunt instrumentarii, hoc est, appositi instrumento ex communi contrahentium consensu: ut tradunt *gl. auth. de testib. §. Et licet, verb. Et supplicii, Bald. l. Parentes, n. 1. vers. Vel dic latius, C. de testibus, Soc. de reg. jur. lit. T. reg. fin. vers. Fallit quando testes, Ja. l. 1. §. fi. n. 9. ff. de verb. oblig. Ant. Gabr. alios referens, t. 3. comm. l. 1. tit. de testib. concl. 10. n. 50. & concl. 13. n. 13.* sed testes in matr. adhibentur communi consensu contrahentium, ergo sufficiunt quicumque. Præsertim cum in libro parochi describendum sit matr. cum nominibus testium: ut præcipitur in Trid. *eod. c. 1.* 2. Quia testes inhabiles admittuntur, quando concurrunt cum alio habili, & fide digno, tunc enim habilitas unius supplet inhabilitatem alterius, ut multis citatis testantur *Ant. Gabr. t. 3. comm. l. 1. t. de testib. concl. 5. n. 1. & seq. Masecard. de prob. concl. 1365. n. 13.* & maxime si alter ex testibus sit parochus, cujus auctoritati multum tribuitur in jure, ut constat ex *cap. Cum esset, de testam.* ubi non obstante de consuetudine antiqua civitatis Hostiensis, ut non valeret testamentum absque quinque testibus, definitur valere, si in præsentia parochi, & duorum testium fiat: ergo cum matr. debeat necessario interesse parochus, aut alius facerdos de ejus licentia, ejus auctoritas supplebit vitium, quod alii duo testes patiuntur, ac proinde valebit matr. qualescumque illi sint. Et confirmatur, quia *cap. Cum esset, de testam.* ubi Pontifex ultra parochum, voluit ut adessent duo testes legitimi, & idonei, id expressit, ibi, *Coram presbytero, & tribus, aut duabus aliis personis idoneis*: ergo cum Tridentinum tantum exprimat coram parocho, & duobus, vel tribus aliis testibus: signum est, nullam qualitatem in testibus exigere, præter eam, quæ jure naturæ est necessaria, ut testimonium prohibere possint, nempe, ut rationis usum habeant. Et hoc maxime habet verum, cum decretum hoc juris naturalis, & Ecclesiastici antiqui correctorium sit, juxta quod valida erunt matrimonia clandestina, atque ita restringendum est, ut de quibuscumque testibus loquatur. Quod si dicas, fore aliquando, ut ipse parochus, & testes valde suspecti sint, ac proinde parochi auctoritas vitium testium minime suppleat, nec omnibus illis merito fides adhibenda sit. Fateor id, verum lex non potest respicere omnes casus particulares, sed frequentiores, ut optime dixit *Jurisconsultus l. Nam ad ea, junctl. l. seq. ff. de leg.* ibi, *Nam ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter, & facile, quam ad ea, quæ perraro eveniunt: quoniam ut ait Theophrastus, quæ fiunt, aut bis accidunt, contemnunt legislatores*: ergo cum rarissime accidat, parochum, & ambos testes ita suspectos esse, casum hunc contemplit Trid. attendens ad id, quod frequenter evenit, ut parochi fides, & auctoritas vitium aliorum testium suppleat. 3. Prob. quia etiam jure antiquo licet ad dissolvendum matrim. exigerentur testes omni exceptione majores, *cap. 1. de consang.* verum ad illud esse contractum probandum, non desiderabantur, ut multis citatis docet *Masc. de probat. concl. 1023. n. 13.* & esto ad id probandum tales testes peterentur, id posset procedere, ubi non exigeretur parochi testimonium supplens aliorum vitium, nec testes essent communi contrahentium consensu adhibiti: ergo nec Trid. petit testes omni exceptione majores ad probationem matr. sed admittit inhabiles: præsertim cum exigat etiam parochi testimonium, & testes illi utrisque beneblacito contrahentis interlint: alias rigidiorem probationem exposceret, quam jus antiquum. Et confir. quia jus antiquum non irritabat matr. absque testibus contractum, & adhuc non poscebat ad ejus probationem testes integros: ergo a fortiori Tridentinum irritans minime tales testes exiget. Cum enim rigidus sit decretum, & in matr. damnum, strictius intelligendum est. 4. Quia in causa favorabili admittuntur testes alias inhabiles, ut ob fidei favorem, decernitur *cap. In fidei favorem, de hæret. in 6.* at causa matr. est valde favorabilis, ut habetur *cap. fin. de sponsi. & re judic.* & ideo ad testificandum in ea admittuntur feminæ, *cap. Super eo, el 2. de testib. & consang. c. Videtur, qui matrim. accusi. posset. & l. 15. t. 9. p. 4.* ergo in matr. ad ejus valorem sufficient quicumque testes. 5. Quia domi fieri solita possunt per testes inhabiles probari, ut per familiares servos: qui alias inhabiles sunt, ut in causa domini, vel familiaris testificentur: ut docet cum aliis *Masc. de probat. concl. 1365. nu. 1. & 2.* sed matr. communiter solet domi iniri, ergo fat sunt testes, alias inhabiles. Tandem, quia est optima hujus rei congruentia, sicut enim in aliis Sacramentis instituit Dominus materias in re communi, & facili, ut Baptismum in aqua, &c. quo facile invenirentur: ita Trident. intendit statuere quædam clara, facilia, & communia, exigitque testes cujuscumque conditionis ad matr. valorem, & probationem: si enim testes omni exceptione majores peteret, plerumque difficile invenirentur, innumerisque litibus circa matrim. valorem locus daretur, in re, quæ quamvis singulis non sit necessaria, est tamen pro tota communitate valde necessaria, & communi Ecclesiæ bono valde expedit, matrimonia esse certa, litibusque, & dubiis minime patere. Et ita hanc sent. tenet *Ant. Cucus lib. 5. instit. major. t. 11. num. 61. Veracr. append. ad specul. toto dub. 7. Spino specul. testam. gl. 15. num. 46. Enr. lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 9. Segura direct. judic. 2. p. c. 13. num. 60. Manuel 1. t. sum. 2. edit. cap. 219. num. 18. Petr. de Led. de matrim. q. 45. ar. 5. punct. 3. post 4. dub. fol. 193. col. 2.* §. *Conclusio sit.*

Addit *Anto. Cucus lib. 5. instit. major. t. 11. n. 61. & seq.* expedire, ut adhibeantur testes omni exceptione majores. Quia si postea in dubium verteretur coram judice, an matrim. sit contractum, paulo major fides adhiberetur his testibus inhabilibus non tamen integra. Verum fateor id expedire: cessabit enim omnis quæstio: at credo his testibus inhabilibus integram adhiberi fidem. Ut probant rationes, quas attuli n. præced. & maxime, quia consensu utrisque contrahentis: parochoque eorum vitium supplente interlunt.

Hinc infertur minus verum esse, quod docet *gloss. cap. Testes, verb. Audiverunt, 3. q. 9 & Barbat. cons. 74. n. 3. vol. 1.* exigi in matrim testes, esse rogatos. Quia id nullo jure probatur, imo *leg. Ad fidem, ff. de testibus*, habetur testes non rogatos sufficere ad rei gestæ fidem faciendam: *& authent. Rogari, Cod. de testibus*, excipiuntur aliqui casus, in quibus oportet testes esse rogatos: juncta *gloss. verb. Ut in testam. & editi. l. Ad fidem, verb. Non rogatus*, & in nullo illorum numeratur causa matri-

matrimonialis. Sic docent *glos. c. Nostrates v. Invitati*, 30. *q. 5. Arct. cons. 14. Decius cons. 169 Soci. de regul. jur. lit T. reg. 420. fi. Nav. lib. 4. cons. in edit. tit. de sponsi cons. 20. n. 1. in 2. tit. de cland. de sponsi cons. 11. n. 1. Greg. Lop. lib. 1. v. Simtestigos, t. 3. part. 4. Enr. lib. 11. de matrim. cap. 3. n. 9. Segur. direct. judic. 2. p. cap. 15. nu. 53.*

8 Ex dictis infertur, quid dicendum sit de procuratore ad matr. constituto: nimirum, an requirat qualitates jure requisitas, ut ad alia negotia peragenda constituatur: ut ad ætatem decem & septem annorum? An potius satis sit, ut habeat qualitatem jure naturæ requisitam, nempe rationis usum, ut de testibus diximus n. 5. Et ratio dubitandi est, quia procurator ad matrimonium dicitur ad negotia constitutus, ut colligitur ex *c. fi. de procur. in 6.* ibi, *Et quamvis aliaris, qui constituitur ad negotia procurator, alium dare possit, in hoc tamen casu, &c.* Et docet *ibi gl. in casus propositione, notab. 2. & ibi Domin.* §. *Et quamvis, n. 1. Franc. in princ. n. 1. notab. 2.* In procuratorem autem ad negotia desideratur septemdecim annorum ætas, *c. Qui generaliter, §. Licet de proc. in 6. ibi, Licet autem quis post 17. annorum procurator ad negotia licite deputetur, ad judicia tamen, nisi major 25. annis fuerit, deputari nequibit: & l. 19. t. 5. p. 3. ibi, E aun dezimos, que los personneros que son dados para vocaudar cosas fuera de juizio, que cumple que sean de edad de diezyfiete annos, como quier que los otros que son puestos para demandar, o responder en juizio devem deserva lo menos de edad, de veinticinco annos.* Et ita eam ætatem desiderari in procuratore ad negotia testantur *Alber. l. Exigendi, n. 5. fi. C. de proc. & ibi Paulus n. 9 init. & Jason n. 19. Joa. de Grassalibus de substantialibus procuratorum, v. Providos, discretos viros, n. 3 D. Anto. 3. p. t. 6. cap. 2. §. 7. Silv. v. Procurator, n. unic. vers. Sed nota, & ibi Tabiena q. 1. n. 2. Greg. Lop. d. lib. 19. v. Diezyfiete, Guttier. de juram. 3. p. c. 11. n. 1.* Et ejusdem sentent. videtur *gl. dict. l. Exigendi, v. Non injuste, & ibi. quibus ex causis manumittere non lic. §. eadem leg. v. Decem*, ubi illum, §. ibi, *Servus, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem, & septem annis manumittatur*, explicat de procuratore ad negotia: unde clare sentit, eam ætatem requiri in procuratore ad negotia: ergo similiter in procuratore ad matr. eadem ætas deliberabitur, cum vere ad negotia dicatur procurator constitutus. Et confir. quia *de proc. in 6. c. Qui generaliter, §. Licet*, petitur in procuratore ad negotia ætas septendecim annorum, & in *c. fin.* ubi de procuratore ad matrim tractatur, decidit, textus procuratorem ad matrim. dici ad negotia constitutum, ergo clare significat eamdem ætatem peti in procuratore ad matr. Sed multo certius est, nullam desiderari ætatem, nec qualitatem aliam in procuratore ad matr. constituto, præter eam, quam jus naturale exposcit ad explicandum consensum, nomine alterius, nimirum, rationis usum: sicut de testibus diximus n. 5. Prob. 1. quia in procuratore ad negotia non constat certam ætatem desiderari, imo verius est, pupillum, modo usu rationis gaudeat, posse eo munere fungi: per *l. Sed, & si quis, 7. ad fin vers. Pupillus, ff. de inst. act. ibi, Pupillus, & institor obligat eum qui eum præposuit institoria actione, quoniam sibi imputare debet, qui eum præposuerit. Et l. seq. ibi, Nam & plerique, & puerot, puellæque tabernis præponunt Et l. 1. ff. de exercitatoria action. §. Magistrum navis, vers. Cujus autem*, ibi, *Sed nec cujus ætatis sit interesse sibi imputaturo, qui præposuit*. Et docent *Bald. l. Exigendi. C. de proc. n. 4. fin. & ibi Alex. cum Jacob. de aret.* dicens esse communem *n. 22. Petr. de Bellapert. ibi, vers. Sed opponitur, Salic. ibi, n. 13. Franc. d. c. Qui generaliter, §. Licet n. 1.* Et videntur teneri *ibi Jo. And. n. 2. Anch. n. 4. Dom. ibi, §. Licet, n. 4.* Et reddit optimam differentiæ rationem *Bald. cit.* cur certa ætas ut annorum 25. requiratur in procuratore ad judicia, nulla autem ætas præscripta in procuratore ad negotia: quia judicium est inter contradicentes: contractus autem inter consentientes celebrantur, quare quælibet ætas in procuratore ad illos constituto est idonea, dummodo sit capax consensus: Nec obstant textus pro contraria sententia adducti. Nam ad *c. Qui generaliter §. Licet*. Respondet *ibi Franc. n. 1.* principalem decisionem ibi esse de ætate procuratoris ad judicia, nec sumi debere arg. a contrario sensu ad probandam ætatem procuratoris ad negotia, cum contrarium a jure decisum sit probavimus: arg. enim a contrario sensu locum non habet, ubi contrarium est decisum in jure: ut cum multis probat *Everard. in suis topicis, loco a contrario sensu, n. 8.* Vel 2. dic in procuratore ad judicia expresse dici nequire constitui ante 25. annos: quem loquendi modum non servat textus in procuratore ad negotia: sed dicit post 17. annum licite deputari quasi clare significans illum ante dictam ætatem non posse valide constitui: hunc autem posse valide, sed non decenter, & honeste quod clarius significavit *l. 19. tit. 5. p. 3. ibi, Comple que se an de edad de diezyfiete annos*: leges enim partitæ desumptæ sunt communiter ex jure communi civili, & canonico, nec illud censentur corrigere, nisi expressis verbis id faciant, ut colligitur ex *l. 9. t. 13. p. 6. ibi, Esto nos movimos a mudar: & proomnis legum par. ibi, tomemos de las palabras de los dichos de los sabios, e de los derechos, & l. 1. Tauri, ibi, porque fueron tomadas de los dichos de muchos sabios y de los derechos*. Et docent *Perolta l. Si quis in princ. test. nu. 40. ff. de leg. 3. Cov. 1. var. c. 14. n. 5. Greg. Lop. l. 9. v. A mudar, t. 13. p. 6. Meres de Major. t. 1. p. q. 1. n. 74. Gut. 2. 1. pract. l. 3. q. 16 n. 6.* & ita manet responsum ad legem partitæ pro contraria parte allatam: non enim censetur in dubio corrigere jus civile, *d. l. Sed & si quis, & seq. & l. 1. ff. de exerc. act.* expresse decidens posse pupillum procuratorem constitui. 2. Prob. quia esto ad alia negotia deliberetur in procuratore certa ætas, secus esset dicendum in procuratore ad matrim. quia nulla prorsus ejus industria desideratur, sed tantum explicat consensum ablentis. Et confir. quia ad matrimonium satis est mutuus consensus, quibuscumque nuribus expressus, ergo sufficiet si per pupillum habens rationis usum exprimatur. 3. Quia si contraheretur matrimonium per interpretem pupillum, nemo negaret esse legitimum; procurator autem in matrim. tantum deservit ad interpretandum consensum ablentis, sicut interpres ad aperiendum consensum præsentis. 4. Quia durissimum esset creditu, affirmare, posse puerum 14. annorum se ligare matrimonio, ad idque capacitatem sufficientem habere, non tamen ad exprimendum consensum alterius contrahere volentis. 5. Quia cum hic contractus sit ceteris favorabilior, non quæcumque ceterorum contractuum valorem impediunt, impedient matrimonii valorem, nisi in jure exprimatur de ipso matrimonio: ut constat, quia mutuus, & furdus a natura nullum contractum inire potest, jure communi id prohibente, & tamen in illa prohibitione generali contractuum, non clauditur matrimonium (ut probavi lib. 1. disp. 8. n. 12) & supponit textus *cap. Cum apud, de sponsi.* Præterea, prodigus cui datus est curator, nullo contractu obligari potest, *l. Is cui bonis 3. 6. ff. de verb. oblig.* ibi, *Tradere vero non potest, vel promittendo obligari*: & tamen manifestum est, valide promittere, & contrahere matrimonium: ergo non obstante generali prohibitione (si talis esset) ne minor 17. annis valide constituatur procurator ad negotia, quamvis procurator ad matrimonium dicatur ad negotia constitutus, non venerit ea prohibitio de matrimonio intelligenda: sicut etiam prohibitio generalis contractuum, matrimonium quod vere, & proprie contractus dicitur, non comprehendit.

Ad arg. prioris sent. proposita n. 4. resp. Ad 1. dic, textum illum agere, quando tractatur de matr. dissolvendo: & esto etiam dicamus idem requiri ad probandum matr. debet intelligi, nisi vitium testium aliunde suppleatur: at hic supplebit parochi præsentia: & quia communi contrahentium consensu adhibentur: quæ duo supplent vitium: ut probavimus n. 5. Ad confir. eodem modo dico intelligi minorem, scilicet, in causa ardua non sat esse quoscumque testes, nisi sit favorabilis, & vitium aliunde suppleatur. Ad 2. confir. nego sequi inconveniens, quia ad probandum prius matr. contractum esse, sufficiunt in hoc casu etiam illi testes inhabiles, iisque adhibetur fides, ob rationes dictas: & esto accideret casus, in quibus etiam parocho, & testibus nulla esset adhibenda fides: cum ii rarissimi sint, non efficientes legem inutilem, quæ casus communiter contingentes amplectitur contemptis raro eventibus, ut probavi, n. 5. Ad 2. arg. dico antecedens esse verum, quando jus novum loquitur in eodem casu juris antiqui, quod hic non contingit, quia jus antiquum loquitur in casu, in quo non suppletur inhabilitas testium per aliquid aliud, agitque de probatione matr. ad ejus valorem minime necessaria, & ideo nil mirum est, si eam rigidiorem postuler. Tridentinum autem loquitur in casu, in quo vitium testium suppletur parochi præsentia, agitque de probatione requisita ad matrim. valorem: & ita non mirum est, si leviorem exigat. Et per hoc cessat replica: quia esto diceremus jure antiquo requisitam esse plenam fidem testium, ad probandum matrimonium, non limitat eadem ratio jure novo Ad 3. dico id specialiter expressisse Pontificem in eo casu, plenior enim probatio requiritur in testamentis. Unde potius inde desumimus arg. pro nostra opinione, cum in nostro casu id non explicet Concil. ad ultimum, fateor etiam hodie esse clandestinum, cui deficit legitima probatio: at attento Tridentino est talis, quando intereft parochus, & quicumque alii testes. Et quamvis in aliquo casu raro ea non esset sufficiens, satis est in communi talem esse.

DISPUTATIO XLII.

Utrum sit pœna matr. clandestini, ut filii ex eo nati, quando fuit vere nullum ob aliquod impedimentum, sint illegitimi, non obstante bona fide parentum ignorantium impedimentum?

SUMMARIUM.

Filii nati ex matrimon. clandestino, quod parentes credebant esse validum, si revera fuit invalidum, sunt illegitimi, num. 1. Et ibi remissive, an hoc pœna indigeat judicis sententia.

Non est probabilis ignorantia, quando omittuntur jure requisita; & cum quis dat operam rei illicitæ, error ejus non excusat, sed inspicitur veritas, n. 1.

Ratio, ob quam nati ex fornicatione legitimantur per subsequens matrimonium putativum, & nati ex clandestino putativo non sint legitimi, 2.

An habeat locum hæc pœna, non tantum quando clandestinum est nullum ob consanguinitatem, affinitatem, aut cognationem, refertur opinio affirmans in hoc casu tantum locum habere, n. 3. Et contraria verior, 4

Lex pœnalis, & correctoria extenditur ob identitatem rationis in ea expressa, 4.

An habeat locum hæc pœna, quando causa nullitatis matrimonii tam occulta erat, ut præmissis denunciationibus detegi non posset, 5.

Quid, si tantum fuit clandestinum ob omissionem denunciationum, 6.
Declaratur Trid. sess. 24. c. 5. de matr. an ibi dispositum habeat locum in quocumque alio impedimento, n. 7. Et an filii nati ex clandestino valido sint legitimi, 8.
An clausula, Ut non possit dispensari, liget Pontificis manus, remissive, 9.

HActenus disputavimus de denunciationibus matr. præviis, ne dicatur clandestinum: & de præsentia parochi & testium ad ipsius valorem requisita: superest tandem de pœnis juris matrimonio clandestino constitutis, disputare. Et primo quidem, de pœnis ipsius matr. clandestini, sermonem faciam. Deinde de pœnis ipsorum contrahentium, & testium. Tandem de pœnis parochi, vel alterius sacerdotis assistentis.

1 Sit conclusio, Pœna est matr. clandestini, ut quamvis filii ex matrimonio vere nullo geniti, quando adsuit bona fides in utroque, vel in altero parente ignorante impedimentum, sint legitimi: juxta *c. Ex tenore, qui filii sint legit.* at si matr. illud nullum fuit clandestinum, erunt filii legitimi, non obstante bona parentum fide. Sic habetur *c. fin.* § *Si quis vero de cland. desponf.* ibi, *Si quis vero clandestina conjugia inire præsumpserit in gradu prohibito etiam ignoranter, sobolis de tali conjunctione suscepta; prorsus illegitima censetur: de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo, non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur.* Ubi notanda est ratio assignata in textu: ideo enim nati ex matr. putativo sunt legitimi, quia saltem alter parens laboravit ignorantia probabili: ut docent omnes scribentes, *d. c. Ex tenore*, quæ ratio cessat, quando clandestine contrahitur omissis denunciationibus, & ideo filii non sunt legitimi: non enim est probabilis ignoratia, cum omittantur requisita ad assequendam veritatem. Unde pulchre *Bart. l. fin. init. ff. de ritu nupt. & l. Post contract. n. 7. ff. de donat.* dixit celebrantem actum prohibitum palam posse excusare prætextu ignorantiæ, secus si clam. Item quia ignorantia minime excusat non adhibentem debitam diligentiam, inquirendo quod tenebatur inquirere, *c. penul. ad fin. & cap. fin. 37. de regul.* § *Sed facti*, ibi, *Verum ejus, qui eam rem inquirendo diligenter notam habere possit, ff. de juris, & facti ignor. l. Si aviam, in fin. C. de ingenu. manu. & est gl. celebris, c. Innotuit, v. Ignorantiam, de elect.* talis enim ignorantia est indirecte voluntaria: ut egregie docet *D. Tho. 1. 2. q. 6. ar. 8. corp. & q. 19. art. 6.* & cum eo omnes Theologi. Idque latis explicuit textus *d. c. fin. de cland. desponf.* ibi, *cum illi taliter contrahendo affectatores ignorantiæ videantur*, quali dicat eam ignorantiam fuisse affectatam, ac indirecte voluntariam, eo quod debitæ diligentiæ ad inquirendum omissæ sunt. Præterea ideo titulus putativus matr. prodest, ut filii censeantur legitimi, quia semper parentes, vel alter dederunt operam rei licitæ, saltem in sua existimatione, quæ probabilis fuit, cum in facie Ecclesiæ contraxerit, & præsumendum est, ne delictum præsumatur, alias hos non commiscendos, nisi credidissent validum esse matrim. Ecclesia enim, quæ innoxia minime punit, vult hos filios legitimos esse: at cum matr. est clandestinum, parentes culpæ reexistere contrahendo, quare error eorum punitur. Cum enim quirei illicitæ operam dat, ejus error nil operatur, nec excusat, sed inspicitur contra eam veritas, *l. Eum qui nocentem, §. Si injuria, ff. de injuriis, & Aut qui aliter*, §. *Si quis dum putat, ff. quod vi, aut clam.* Utrum vero hæc pœna indigeat judicis sententia, dicam hoc 3. lib. disp. 52. n. 7. & 8.

2 Sed quæres, quæ sit ratio, cur nati ex fornicatione legitimentur per subsequens matr. putativum: juxta probabilem multorum sententiam, ut potest videri in *Duenas* multos referente, *reg. 550. amplial. 9.* Nati vero ex matrimonio putativo clandestino, non sunt legitimi? Videtur enim plus faveri fornicationi manifestæ, ex qua nati sunt illi, quam obstante matrimonii existimatio contra textum §. *Unum si quidem, auth. de restitut. & ea, quæ parit 1. mense.* Dic eam esse rationem hujus constitutionis Ecclesiæ: Quia fornicatione non tendit in Ecclesiæ contemptum nec ita eam scandalizat: matr. vero clandestinum valde offendit Ecclesiam, eamque contemnit; unde non mirum si ei non faveat, tuumque ei denegat auxilium. Frustra enim Ecclesiæ auxilium implorat, qui ejus contempsit auctoritatem *c. fin. de immun. Eccl. Trid. sess. 24. cap. 5. de matr.* Hanc rationem innuit *Host. summ. tit. Qui filii sint legitimi*, §. 2. *n. 3.* Alia etiam potest esse ratio si legitimatio proveniat ex matrimonio bona fide, inculpabiliterque contracto, in priori casu non delinquunt parentes in ipso matr. contractu, sed id bona fide, ac juxta Ecclesiæ decreta celebraunt: & sic non mirum, si filii legitimentur: in posteriori autem casu delinquunt in ipsomet matrim. contractu, deficitque bona fides, ac invincibilis impedimenti ignorantia.

3 Dubium autem est, utrum hæc pœna matr. clandestini intelligatur solum, quando impedimentum, ob quod nullum fuit, est consanguinitatis, vel affinitatis, vel cognationis? Quidam enim censent in eo solum casu intelligi: quare si ob aliud impedimentum nullum sit, filios censeri legitimos. Quia expresse *dict. c. fin.* § *Si quis vero de cland. desponf.* ibi, *Si quis vero clandestina conjugia in gradu prohibito*: agitur de impedimento gradus prohibiti consanguinitatis, vel affinitatis; & cum sit pœna, potius est restringenda, quam ampliianda *reg. Odia, de reg. jur. in 6.* Sic sentiunt *Goffred. summ. tit. qui filii sint legit. num. 11. Archid. cap. Cum in captivitate paulo post princ. caus. 34. qu. est. 2. Vincentius cap. Ex tenore, qui filii sint legitimi*, & hanc sententiam dicit veriorem attenta littera, *Card. eodem fin. num. 4. vers. Quæro quid, Domin. con fil. 66. Zephalus consil. 503. nu. 21. 22. vol. 4.*

Sed dicendum est habere locum dictam pœnam, ob quodcumque aliud impedimentum, ut matr. irritum sit. Nam eadem prorsus ratio textus militat in quocumque alio impedimento, quod parentes affectatores ignorantiæ videantur, cum debitam diligentiam non adhibuerint ad inquirendum impedimentum: & ubi ratio expressa in textu omnino militat, lex quantumcumque pœnalis extendenda est ad illum casum. Quod quamvis dubio non careat, quando ratio non est expressa in lege, eo quod variæ rationes assignari possunt, at quando ratio exprimitur in lege, communissima, & receptissima sententia est, legem pœnalem extendendam esse ad eum casum, in quo eadem ratio invenitur. Atque ita docent *Abb. cap. fin. n. 10. & 11. de refer. & cap. Nihil, n. 9. de elect. Lambert. de jure patr. l. 2. p. 1. q. 10. art. 4. fin. Silvest. v. Lex, q. 18. & v. Pœna, q. 4. & v. Argumentatio, q. 1. Rolandus consil. 27. num. 43. vol. 1. Covar. c. Alma Mater, 2. p. §. 4. n. 7. vers. 2. Anton. Gom. 1. variar. c. 5. n. 11. Monialia lib. 1. de primog. c. 5. n. 10. Gut. q. canon. l. 1. c. 10. n. 3. & cons. 50. num. 8.* Imo idem docent *Abb. & Silv. ibi, & Anton. Gom. 1. variar. c. 11. num. 12.* licet ratio expressa in lege non sit, quando unica tantum reddi potest. Sed dices, hoc non procedere, quando lex est correctoria simul, & pœnalis, qualis est hæc. Sed hoc non obstat, quia etiam lex correctoria, simul & pœnalis extenditur ob rationis in ea expressæ identitatem: ut tradunt *Nav. c. Pœnæ, num. 10 de pœnit. dist. 1. Menchaca de success. creat. §. 28. in princ. Ant. o. Gabr.* dicens communem, *tum 2. comm. in mod. edit. lib. 17. fol. 332. col. 1. Bologner. l. Omnes populi, n. 130. ff. de iust. & jure, Matienzo* referens Ripam, Rochum, & alios, *lib. 5. recop. t. 11. d. 19 gl. 2. nu. 5. & 7. Guttie. de juram. 3. p. c. 1. n. 8. & 9.* 2. Probatur, quia cum lex hæc emanarit favore animarum, non debet restringi sed dilatari, cum per dilatationem evitentur animarum pericula, hominesque ab indebite matrimoniis ineundis retrahantur, in quo casu lex pœnalis, non odiosa, & restringenda, sed favorabilis, & dilatanda est: ut dixi hoc 3. lib. disp. 1. num. 8. 3. Prob. ex *c. Ex tenore, qui filii sint legit.* ubi sermo fit de alio impedimento, quando, scilicet, alter erat conjugatus, & ut censeatur filius legitimus, ponderat textus bonam alterius parentis fidem, & matrimonium publice contractum esse, quasi secus sentiat, ubi esset clandestinum. Tandem probatur ex *lib. 3. tit. 3. par. 4.* ibi, *encubiertamente casandose algunos, si embargo ubiesen antes, como de parentesco de otra qualquier manera, & lib. 2. t. 15. pa. 4.* ibi, *tal embargo por el qual el matrimonio se ubiese de apartar.* Hanc sententiam tenent *Innoc. c. fin. de cland. desponf. num. 2.* ubi *Ant. n. 24. Anch. num. 16. Alex. de Nevo in princ. num. 24. Host. cap. Ex tenore, fin. qui filius sit legit.* ubi *Jos. And. num. 5. Anton. num. 9. Anchar. nu. 5. Abb. num. 5. Alex. de Nevo num. 7. Præpos. num. 3. ad fi. Henric. nu. 10. fi. Card.* dicens hanc sent. esse veriorem, attenta mente litteræ: *Covar.* appellans oppositam sent. fallam, *4. decret. 2. par. cap. 6. init. num. 12. Greg. Lop.* dicens comm. *lib. 3. v. O de otra manera, to. 3. par. 4. Ant. o. Gabr. tom. 3. comm. lib. 6. tit. de legitimat. cons. 4. num. 15. Anto. Cucus lib. 5. instit. major. tit. 11. num. 75. Perez lib. 5. ordin. tom 1. lib. 1. paulo post princ. Matien. lib. 5. recop. t. 1. l. 1. gl. 7. num. 1. Mase. de probat. concl. 798. num. 6.* Pro eadem sent. funt alii DD. universaliter, & indistincte docentes, ut filii ex matrimonio invalido procreati, sint legitimi, desiderari illud clandestinum non esse. Hi sunt *Host. summ. tit. qui filii sint legit. num. 3. vers. Item secus Soci. Jun. cons. 31. nu. 46. lib. 2. & cons. 86. a num. 41. lib. 2. Rosella v. Legitimus, init. ibi Silv. init. Armil. num. 1. Palcotus de nothis, & spuriis, c. 9. n. 5. Duennas reg. 150. limit. 2. fi. Jac. Leoniss. inter consil. matr. Ziletti. 1. cons. 49. n. 4. Cervantes. l. 6. Tauri, n. 21.*

Hanc tamen sent. ego intelligerem, quando causa nullitatis matrim. non esset impedimentum consanguinitatis, affinitatis, vel cognationis, esset tamen ejusmodi, ut ad illam detegendam præmissæ denunciationes conferre possent, secus ubi eæ nihil conferunt ad hoc. Ut si matr. clandestinum nullum fuisset ex defectu consensus interni alterius conjugis, vel ex defectu parochi communiter talis reputati, cum nullum titulum haberet, sed esset intrusus (quo casu matr. non valere dixi hoc 3. lib. disp. 22. n. 60.) in his enim casibus proles suscepta ex eo matrim. clandestino putativo esset legitima: & erit vera prior sent. nec credo posteriorem illi contradicere: Quia cessat omnino ratio *d. c. fin.* §. *Si quis vero, de cland. desp.* cum hi contrahentes non possint dici affectatores ignorantiæ, quandoquidem omni diligentia adhibita id scire nequibant. Quod aperte colligitur ex *Abbate, c. Quod nobis, fin. qui filii sint legit.* ubi ait ideo cland. matrimonium non efficere hos filios legitimos, quia videntur novisse parentes impedimentum, & ideo clam contraxisse: ergo ubi nullo pacto poterant cognoscere, efficiet legitimos.

Hinc infertur, minus bene *Petrum a Ledesma de matrimon. quæst. 45. art. 5. fol. 183. col. 1.* §. *Est tamen dubium, vers. Secundo dicendum*, affirmare hanc pœnam illegitimitatis non habere locum, ubi matr. celebraretur coram parocho, & testibus, non præmissis denunciationibus. Quia id matr. non est clandestinum: ut tenent multi, quos retuli hoc 3. lib. disp. 1. num. 6. Sed quicquid sit de hoc, cujus contrarium ibi nu. 7. defendimus, non placet hos filios censeri legitimos, sed in iis habebit locum hæc pœna illegitimitatis. Prob. quia in illis omnino militat ratio *c. fin.* §. *Si quis vero, de cland. desponsq.*

quod, videlicet parentes affectatores ignorantiæ videantur, & ita non datur in eis bona fides, impedimentique justa, & probabilis ignorantia: cum enim denunciationes eo tendant, ut impedimenta, si quæ sunt, detegantur, eo ipso, quod contrahentes matr. illas omittunt culpabiliter, affectant ignorantiam: cum diligentiam jure præscriptam ad essequendam veritatem deficiant. Et confirm. quia indubitanter efficacius medium est, ut impedimenta detegantur, publicare matrim. contrahendum ter in Ecclesiis, aut in aliis locis publicis, inter Missarum solemnia, quam contrahere secreto coram parocho, & duplici teste: sed omittentes hoc 2. medium, censentur habere ignorantiam affectatam impedimenti, ergo a fortiori omittentes primum. Tandem, quia *Trid. sess. 24. c. 5. de matr.* statuit contra scienter contrahentes in gradibus prohibitis, ut separentur, ipeque dispensationis careant. Et statim subdit, ignoranter contrahentes, si solemnitates requisitas in contrahendo omiserint, nempe denunciationes, eisdem subjici pœnis. Ubi omnino æquiparat scienter contrahere in gradu prohibito, & ignoranter omissis denuntiationibus: sed dum parentes conscii impedimenti contrahunt matr. filii inde nati sunt illegitimi, ergo etiam quando ignorantes, si denuntiationes omiserunt. Sic *Gloss. c. fi. de cland. desponf. verb. Clandestina, el 2. Enrico. l. 11. de matr. c. 20. n. 1. Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 221. n. 3.* Pro eadem sent. sunt DD. quos retuli hoc 3. lib. disp. 1. n. 7. asserentes dici matrim. clandestinum, quoad pœnas ejus incurrendas, quando denunciationes omittuntur.

7 2. Infertur intellectus ad *Trident. sess. 24. c. 5. de matr.* ibi, *si quis intra gradus prohibitos scienter matr. contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat.* Ex quibus verbis posset aliquis colligere, Trident. in eo solo casu intelligi, quo consanguinei, vel affines, vel cognati scienter contrahunt matr. non vero quando cum aliis impedimentis dirimentibus. Quia dicit, *intra gradus prohibitos*, & cum sit pœna, non est extendenda. Verum dicendum est intelligi de quocumque etiam impedimento dirimente, sicut n. 4. intelleximus, *c. fin.* §. *Si quis vero, de cland. desponf.* quod etiam limitate videbatur loqui de impedimento gradus prohibiti, sicut ergo illud extendunt DD. ad omne impedimentum dirimens, sic hoc extendendum est similiter: quia licet hæc sit pœna, est in maximum animarum favorem, ad retrahendum a matrimoniis irritis, quæ pæna in spe dispensationis consequendæ contrahebantur: in quo casu lex penalis extendenda est: ut probavi eod. n. 4. Præterea quia in omni impedimento dirimenti militat prorsus eadem ratio Trid. expressa in illo decreto, *ibi, non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria præcepta semper contempsit.* Dicens hanc rationem subjecisse Trident. quando omisse sunt denunciationes, & ob id ignoratum est impedimentum: sed respondeo fortius multo militare, quando cognitum est impedimentum, cum majus sit delictum, majorque contemptus. Præterea, quia Trid. ductum est: ne facile contrahantur matrimonia irrita, quod quidem in omni impedimento dirimenti procedit: nude gratia exemplo tantum subjecit, intra gradus prohibitos, gratiaque frequentioris usus: communiter enim ratione alicujus gradus prohibiti matrimonia irrita sunt. Præterea, quia ipsummet Trid. statim non obscure significavit loqui de omni impedimento dirimenti, subjiciens, *si vero impedimentum aliquod posita subesse cognoscatur, cujus ille probabilem ignorantiam habuit tunc facilius, cum eo, & gratia dispensari poterit*: ergo manifeste intelligitur de quovis impedimento dirimenti. Tandem, quia si quis vellet dicere incestus crimen esse rationem illius decreti, quod minime admittitur, ubi est aliud impedimentum, quam gradus prohibiti: facile impugnatur ex iis verbis ejusdem decreti, *Idque in eo milto magis locum habeat, qui non tantum matr. contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit.* Ubi pondero eandem pœnam incurrere, scienter contrahentem in gradibus prohibitis, licet nondum consummarit, nec consummare intenderit, donec obtineret dispensationem: cum tamen tunc non sit proprie incestus. Limitarem tamen prædictum decretum, quatenus ait ignoranter contrahentes omisis denuntiationibus subjici eisdem pœnis: quando nimirum impedimentum ignoratum est tale, ut præmissæ denunciationes conferre possint ad illud detegendum. Ut similiter n. 5. limitavi similem pœnam *d. c. fi.* Quod autem operetur hæc clausula, ut careant spe dispensationis, an liget Pontificis manus, dicam disp. 45. nu. 3.

8 Ultimo infertur, non esse audiendum *Mau. Ant. corona confessor. 2. p. de Sacram. ord. t. de suspicientib. ordinem, n. 16.* dicentem natos ex matr. clandestino valido, ut celebrato non præmissis denunciationibus, esse illegitimos. Quia id nullo jure probatur: ea enim pœna solum imponitur *d. c. fi.* §. *Si quis vero, de cland. desponsq.* quando id matr. fuit invalidum ob ignoratum impedimentum. Præterea quia esse vere legitimos natos ex clandestino valido, aperte probat textus *c. 2. de cland. desponsq.* ibi, *si matr. ita occulte contrahantur, quod ex inde legitima probatio non appareat, si personæ contrahentium hæc voluerint publicare (nisi rationabili causa præpediat) ab Ecclesia recipienda sunt, & comprobanda, tanquam a principio in Ecclesiæ conspectu contracta.* Ubi ponderanda est illa parentisis, *nisi rationabilis causa præpediat*, quasi dicat, non fingi a principio contractum matr. quando rationabilis causa, id est, impedimentum aliquod repertum fuerit: ergo illo reperto, geniti ante Ecclesiæ approbationem non erunt legitimi. 3. Quia non plus tribuendum est matr. putativo clandest. quam valido in conspectu Ecclesiæ celebrato, sed hoc non legitimat prolem, quando parentes non poterant valide copulari matr. tempore conceptionis, & nativitatis, *c. Tantus qui filii sint legitimi*: ergo clandestinum putativum non legitimabit prolem ante approbationem genitam, quia eo tempore non poterant parentes valide contrahere, ob impedimentum dirimens ab ipsis ignoratum.

4. Danti

4. Danti operam rei illicitæ error nihil prodest, *l. Eum, qui nocentem, §. Si injuria, ff. de injuriis*, sed contrahens clandestine dat operam rei illicitæ, ergo error impedimenti præcedens, non prodest, ut filii, accedente approbatione Ecclesiæ legitimentur. Et confirm. quia ea ratione spurii non legitimantur per subsequens matrim. verum, quamvis parentes bona fide existimarent se tunc temporis posse contrahere: cum enim dederint operam rei illicitæ non juvantur errore: ergo similiter in nostro casu. Sic *glos. c. Quod nobis verb. fuerunt, qui filii sint legit. & illi Calderinus, & Abb. n. 5.* Et videtur tenere *Card. ibi fin.* dit enim fictitiam esse expositionem tertiæ sententiæ, nec in rigore probari in eo textu: eandem tenet *Brunel. de sponj. concl. 2. ampliat. 3. n. 18. Rosella verb. illegitimus, num. 4. Angel. verb. Filius, nu. 12. & ibi Tabiena q. 5. n. 6.*

4 III. Sententia (quam probabiliorem existimo, licet duæ priores probabiles sint) ait, revera filios conceptos antequam appareat impedimentum, licet ante approbationem nati sint, efici legitimos, ubi matr. publicatum fuerit, ac Ecclesiæ auctoritate tanquam validum comprobatum, licet postea deregatur impedimentum. Unde *textus d. c. Quod nobis*, ibi, *Si quo de matr. clandestino postmodum ab Ecclesia comprobato generati fuerint, &c.* intelligendus est, id est, si post ipsorum generationem approbetur ab Ecclesia, sunt legitimi. Prob. ex *c. 2. de clandest. desponj.* ubi habetur operari approbationem clandestini matrim. tanquam si a principio in conspectu Ecclesiæ fuisset contractum, sed in hoc casu filii essent legitimi, licet postea detecto impedimento matrim. separetur, *c. Ex tenore, qui filii sint legitimi*: ergo quamvis a principio clam contractum sit, approbatio Ecclesiæ operabitur, ut omnes filii antea geniti fint legitimi. Et confirm. quia Ecclesiæ approbatio purgat omne vitium matrim. clandestini, sicut matr. sequens purgat filiorum, qui ex fornicario coitu habiti sunt, turpitudinem, tolliturque scientiæ, seu affectatæ ignorantiæ præsumptio, quod fuit motivum *dec. fin. Si quis, de clandest. desponj.* ut ibi expresse dicitur, ergo filii efficientur legitimi. 2. Prob. quia ante separationem matrim. eo medio tempore, quo matr. existimabatur bona fide legitimum approbante illud Ecclesia, filii nati habebant jus legitimitatis acquisitum, & rite, ac recte Ecclesia eos tanquam legitimos approbarat, ergo hæc legitimatio non tollitur per separationem matr. supervenientem. Quia quod semel placuit, amplius displicere non potest: *reg. Quod semel, 25. de reg. jur. in 6.* & factum legitime, non debet retractari, licet postea casus eveniat, a quo non poterat inchoari, *reg. Factum, 37. de reg. Jur. in 6.* Tandem, quia in penis benignior interpretatio facienda est, *reg. In pœnis, 49. de reg. jur. in 6.* Sic tenet *Jo. And. d. c. Quod nobis, num. 4.* ubi *Ant. num. 7. Anchar. num. 6. Alex. de Nevo n. 7. Præposit. n. 4.* & tenuit olim *Abb.* ut ipsemet fatetur *ibi, nu. 5. Sylv. verb. Filii, q. 8. §. 10. Armil. verb. Filius, n. 14. Ant. Rosell. tr. de legitimatione, p. 1. c. pen.* dicens esse communem: *Cov. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 2. num. 16. vers. 12.*

Ad arg. primæ sent. propositum nu. 2. non oportet respondere: quia nihil probat contra nostram sententiam, sed alteram illius partem confirm. Ad argum. 2. propolita nu. 3. respondetur, Ad 1. dic eum textum intelligi juxta *d. c. Quod nobis*, nisi postea id matr. approbetur ab Ecclesia quia per eam approbationem purgatur vitium affectatæ ignorantiæ. Ad 2. dico illam parenthesim *Nisi rationabilis causa præsediat* jungendam esse illi verbo, *Approbanda*, & ita esse sensum, approbanda esse matrimonia, nisi impedimentum tempore approbationis detectum, impediat: at ubi tunc non apparuit impedimentum, approbatur absolute, ac si a principio in conspectu Ecclesiæ initum esset. Ad 3. dico majorem esse veram, quando cetera sint paria, secus non: at hic non sunt paria, quia id matr. verum, nullo modo poterat ante dispensationem contrahi inter parentes, cum essent conjici impedimenti: at id matr. putativum, cum parentes ignorarent impedimentum, poterat licite juxta eorum existimationem inter eos contrahi, & solum fuit culpa in modo contrahendi clandestine, quod vitium purgatur per approbationem Ecclesiæ, quæ retrotrahitur ad tempus, in quo poterat legitime contrahi matr. Ad 4. dico majorem esse veram, dum non purgatur vitium illius erroris, quod hic purgatur per approbationem Ecclesiæ. Ad confirm. nego consequentiam; dispar enim est ratio, nam licet matrim. clandestinum habeat vitium in modo contrahendi, opus tamen ipsum simpliciter est permissum, & tantum ab Ecclesia comprobatur, vitio illo clandestinitatis purgato; at fornicatio semper, & simpliciter est illicita.

DISPUTATIO XLIV.

Utrum matrim. clandestinum validum legitimet prolem antea susceptam, a parentibus habilibus ad contrahendum inter se matrimonium, tempore conceptionis, aut nativitatis prolis.

SUMMARIUM.

Refertur opinio negans, num. 1. Et contraria verior, num. 2. Pœna imponi non debet, ubi non est jure expressa, num. 1. & ibi, quando dicatur communis.

Circa prolis legitimationem per matrimonium subsequens, non statur juri civili, sed canonico, nu. 2. & ibi, unde habeat matr. prolem legitimare, & est favorabilis hæc legitimatio. Indefinita legis, vel canonis tradentis regulam, æquipollet universali eodem, 2.

Solvuntur argumenta, 3.

Quamvis matr. validum, in conspectu Ecclesiæ celebratum, 1
eam vim habeat, ut legitimam efficiat prolem antea susceptam, a parentibus habilibus ad contrahendum inter se matrim. tempore conceptionis, aut nativitatis prolis, *c. Tanta, qui filii sint legitimi, l. 1. ad finem, 1. 13. p. 4.* At si matr. clandest. sit, & validum, non constat, an ea virtute gaudeat. Quidam enim censent non efficere prolem legitimam. Prob. ex *c. fi. §. Si quis vero, de cland. desponj.* ubi decernitur prolem habitam ex matr. clandest. putativo, quantumvis ejus nullitas lateret parentes, non esse legitimam, in odium vitii clandestinitatis, quo secluso legitima esset, juxta *c. Ex tenore, qui filii sint legitimi*, ergo similiter quamvis matr. validum in Ecclesiæ facie contractum legitimet prolem antea habitam, id minime concedendum est clandestino, in ejus odium. 2. Prob. ex *auth. quibus modis naturales efficia. legit. §. Illud quoque, vers. Quantum vero*, ubi requiritur ad legitimationem per subsequens matr. illud contrahi cum dotali bus instrumentis, præsentibus Episcopo, & 3. aut 4. clericis: ergo matr. clandestinum, cum illi hæc desint, non efficit legitimam prolem. 3. Prob. ex *c. Ex tenori, qui filii sint legit.* ubi ad filiorum legitimationem ponderat textus, ut matr. in Ecclesiæ facie contractum sit: ergo eo privilegio non gaudet matr. clandestinum: argumento sumpto a contrario sensu. Pro hac sent. citatur *Matth. de Afflictis lib. 3. feudorum, t. Si de feudo fuerit controversum inter dominum, & agna c. 1. §. Naturales n. 31.* ubi expresse ait, desiderari, ut matr. legitimet prolem, ne sit clandestinum, in eoque intervenianr instrumenta dotalia: & *num. 32.* ait exigi etiam sacerdotis benedictionem. Sed male citatur pro hac sententia: nam oppositam expresse tenet: nam statim *nu. 34.* ait, aliud esse de jure canonico, cui inquit *nu. 35.*) in hac re ubique standum est. Citatur etiam *Host. sum. tit. qui filii sint legitimi, §. 2. n. 3. tit. de cland. desponj. §. fi. n. 8. ad finem, vers. Secus puto*: sed male refertur pro hac sententia: tantum enim agit de matr. clandestino invalido, ob ignoratum impedimentum, non autem de valido. Citatur etiam *Socin. junior conf. 31. n. 46. & conf. 86. a n 41. vol. 2.* sed male refertur, solum enim loquitur in eodem casu *Hostiens.* Citatur etiam *Faber instit. de nuptiis, §. finali, n. 2.* sed male, solum enim hæc verba ait, *cave tamen, quia Hostiens. §. 2. qui filii sint legitimi, dicit quod genui, & nos ex clandestino matr. non legitimatur*, ubi satis æquivoce loquitur, aut enim est sensus, Caute lege Hottiensem, ac si dicat, Cave ab ejus opinione, & ita est pro opposita sent. aut est sensus; Animadverte Hostiensem hoc sentire: & tunc tantum loquetur in eodem casu, in quo Hostiensis. Quare immerito citatur pro hac sent. Hanc tamen tenet *Guid. Pap. dec. 482 n. 3.* nullo allato fundamento, sed solo Fabro relato: *Bevojus in sui quæst. q. 107. num. 1.* & ait id esse in odium clandestini, aliudque fundamentum non affert *Duennas reg. 305. limit. 12.* innitens textibus citatis, & referens Hostiensem, Afflict. Socinum, locis allegatis: idem tenet solum relatis his DD. *Zephalus conf. 276. n. 15. 16. 17. vol. 2. & conj. 364. n. 42. vol. 3. Ant. Cucus l. 5. instit. major. t. 11. n. 69 & 74.* dicitque esse certum: *idem Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. n. 100. Ant. Gabr. to. 3. commun. l. 6. t. de legitim. concl. 2. n. 61. f. 377. col. 2.*

Sed miror profecto, tot, tam graveque auctores levibus in- 2
nitentes fundamentis, hoc astruere. Quare ab illis omnino recedendum est: nam (ut dicitur *l. 1. §. Sed neque C. de veteri jure enucleando*) non ex multitudine auctorum, quod melius, & æquius est judicari debet. Item quia, (ut ait *Menoch. de Præsumpt. l. 2. præsumpt. 71. n. 39.*) non dicitur communis opinio, quæ plures DD. cam afferentes habet, nulla disp. præmissa, sed perfunctorie, & (ut ajunt) per transennam, illam sequentes: quod idem ait *Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 51. n. 2. vers. Intelligo*. Quare optime *Nav. sum. Lat. v. 27. n. 289.* ait communiorem existimari opinionem, approbatam a 6. DD. ex professo rem tractantibus, quam a 50. solâ fere priorum auctoritate ductis. Quibus adde *Jo: Lupum, c. Per vestras, de donat. inter virum, & uxorem, no. ab. 3. §. 20. n. 12.* dicentem, non esse credendum DD. quantumcumque doctrina polleant, dum carent fundamento. Quare dico matr. validum clandestinum legitimam afficere prolem antea habitam, in eisdem casibus omnino, in quibus idem efficeret, si in Ecclesiæ facie initum esset. Prob. 1. quia correctio juris omnino vitanda est, *l. Præcipimus, C. de appell.* & pœna, cum sit odiosa, imponenda non est, ubi in jure expressa non sit, *c. Is, qui de jent. excom. in 6.* ergo cum *c. Tanta, qui filii sint legit.* universaliter decernatur, filios naturales legitimari per subsequens matr. nec inveniatur textus contrarium decidens in matrimonio clandestino, vel illud ea pœna afficiens, imponenda non est. Quod autem non inveniatur textus, manifestatur destruendo eos, quibus contraria sent. innituntur. Nam *c. fi §. Si quis, de clandest. desponf. & c. Ex tenore, qui filii sint legitimi*, expressis verbis loquuntur, quando matr. fuit invalidum ob impedimentum ignoratum a parentibus. Nec est simile in nostro casu, ut matr clandestinum non legitimet prolem antea habitam: tum quia hoc non est expressum in jure, licut illud, & cum sit odiosum proli, ac juris correctorium, exprimendum esset, tum etiam, quia longe diversa est ratio: nam quando matr. est invalidum, non habet ex se, nec ex juris privilegio prolem legitimare, sed ob bonam parentum fidem, quæ cessat

cessat in matr. clandestino, ut explicui hoc 3. lib. disp. 42. nu. 1.) Dum tamen matr. est validum, habet ex se, vel ipsum ex juris privilegio legitimare prolem, eo quod est matr. validum: quæ ratio cum reperiatur in clandestino, nec jus concedens id privilegium, distinguat matr. clandestinum, publicum ne sit, nec nos distinguere debemus, *l. de pretio 10. ff. de pub. in rem actio*. Quod maxime procedit, nam *c. fi. de clandest. desponj.* ubi in *§. Si quis vero*, statuit habitam prolem ex clandestino putativo non esse legitimam, statim *in §. seq.* ait, *Sed his, qui taliter præsumpserint in gradu concesso copulari condignam pœnitentia injungatur*: at si voluisset textus, ut id matr. validum non efficeret legitimam prolem id dixisset, *c. inter corporalia post medium, de transact. Episc.* nec Episcopi arbitrio pœnam imponendam, ac taxandam committeret. Nec *textus civilis auth. Quibus modis naturales, ofic. legi §. Illud quoque*. Pro. 1. quia hac in re non est standum dispositioni juris civilis sed canonici: ob hanc enim rationem communis fere omnium sent. negat ad hanc legitimationem per subsequens matr. requiri instrumenta dotalia, & alias solemnitatis in authentico illo requisitas: & quoad terras imperii, & successionem temporalium: quia jus canon. cujus est disponere de matr. ac ejus accessoriis, generaliter loquitur, nec eas solemnitates exigit: quod docet *glos. instit. de nuptiis, verb. Cives*, ubi *Faber §. fi. n. 2. Hostiens. sum. t. qui filii sint legitim. fin.* ubi *Abb. n. 2. Alex. de Nevo num. 3. Præposi. n. 19. Matth. de Afflict. l. 3. feudorum, t. Si de feudo fuerit controversum inter dominum, & agna c. 1. §. Naturales, n. 35. Ruin. conf. 78. nu. 7. vol. 3. Joan. Lud. c. Per vestras de donat. inter vir. & uxor. not. no. 3. §. 20. n. 17. Angel, verb. Filius, n. 11. Sylv. verb. Filii, q. 7. Tabiena verb. Filius, n. 4.* ubi *Armilla n. 11. Cov. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 8.* ubi alios refert, *Greg. Lop. 1. verb. E la casa, q. 13. p. 4. & verb. E los filios, Mantica de conjecti. ult. vol. l. 11. t. 12. n. 7. & 8. Arm. 1. select. c. 5. n. 7. & 8. Zephalus conf. 436. n. 33. 34. vol. 3. Duennas reg. 350. lim. 10. Ant. Gabr. tom 3. commun. l. 6. t. de legitimat. concl. 1. n. 9. Hieron. Gabr. cons. 21. n. 14. vol. 1. Caldas de nominat. emphyt. q. 21. n. 81. P. Molina t. 1. o. de justit. tract. 2 disp. 172. §. Per subsequens matr.* Quod in Castella est certius, quia *l. 1. ad finem, t. 13. p. 4.* indistincte, ut jus canon. loquitur, dicens legitimari filios naturales per subsequens matrimonium. Et similiter eadem ratione non impeditur legitimatio per sequens matr. cum vili persona, indignaque tali viro. Quia quamvis jure civili non sufficeret tale matr. canonicum tamen eam conditionem non potulat. Et tradunt *Tiraqus l. de nobilit. c. 15. n. 23. A Castel. Gallus, §. Et quid si tantum, p. 2. n. 98. ff. de liber. & posth. Jan. Lud. d. n. 17. Covar. d. §. 2. n. 9. Ant. Gom. 1. 9 Tauri, n. 59. Mantica d. t. 12. nu. 9. Menoch. conf. 18. n. 14. vol. 1. Zephalus conf. 435. n. 101. 102. vol. 3. Decisio Pedement. 154. n. 5. & seqq. Ant. Gavr. d. concl. 1. n. 47. Duennas reg. 350. ampliat. 18. & fallentia 8. Caldas d. nu. 81. Hieron. Gabrie. d. conf. 21. n. 5. & 6. Matienzo l. 5. recop. t. 1. l. 10. gl. 3. n. 5.* Ergo similiter, cum jus canon. ad prolis ante habitæ legitimationem, non petat matr. publice contrahi, sed ejus valore contentum sit, curandum non est de solemnitatibus jure civili petitis. 2. Quia esto ea lex civilis vim haberet, non exigit eas solemnitates, ut vere soboles legitima sit, sed ut constet, ac probari possit matrim. & consequenter prolis legitimatio: ut bene advertit *præpos. d. c. Tanta, n. 17.* Concludit ergo nullum esse textum, in quo ea pœna matr. clandestin. imponatur: quare standum est juri canon. indistincte statuenti, per subsequens matrim. validum legitimari prolem antea conceptam. Et confirm. quia indefinita canonis, vel legis regula tradentis, æquipollet universali, ut bene *glos. Ut circa, verb. Aliorum, de elect. in 6.* ubi *Domin. nu. 4. Franciscus, init. n. 4. Dynus in proœmio, reg. jur. in 6. n. 5. Bart. l. Omnes populi, n. 57. de just. & jure, Nav. l. 4. consil. in 1. edit. t. de sponj. conf. 5. n. 1. in 2. t. de clandest. desponj. conf. 2. n. 1. Cov. alios referens, l. 1. var. c. 13. n. 8.* qui toto illo cap. late videndus est de hac regula. Et ratio illius est, quia lex in omnes dirigitur, ejusque virtus in omnibus locum habet: unde inde indefinita oratio in ea dispositione, quæ universalis est, in universum est accipienda ratione materiæ subjectæ, atque etiam ratione mentis legislatoris, qui universis legem dare intendit: quod si aliquando (ait *Covar. eod. nu. 8.*) ab hac universali interpretatione recedendum erit, id continget, aut ratione legis cessante, aut ex propria orationis significatione, vel ex alterius constitutionis interpretatione: cum ergo *dic. Tanta*, indefinite loquatur, & regulam generalem tradere intendat, quando per matr. subsequens legitimatur proles: ut optime docet *Tiraq. de nobilit. c. 15. n. 13.*) universaliter intelligitur de omni matr. valido, sive id clandestinum, sive publicum sit: eo vel maxime, quod hic ab hac regulæ universalitate, non cogit deviare alia constitutio eam restringens ad matrim. publicum, ut probavi: nec proprietas orationis, quæ cogat ad intelligendum de matrimon. publico, cum nomine matrimonii positi in dict. *c. Tanta*, utrumque æque, ac univoce comprehendatur: nec cessare rationem illius dispositionis, nam eadem ratio militat in clandestino, & in publico matr. ut statim probabo: quæ sunt rationes, ob quas indefinita legis restringi debet, ne universali æquipolleat. 3. Principaliter prob. hæc sent. ex ratione ipsa legitimationis per subsequens matr. aut enim id provenit ex virtute, & valore ipsius matr. quod sonant ea verba *d. c. Tanta, Tanta est vis matrimonii, &c.* Et notant *ibi Hostiens. & Jo: Andr. init. Ant. ibi, n. 2. Panor. n. 2. Alex. de Nevo n. 2. Anchar. num. 4. Joan. Lup. c. Per vestras de donat. not. ab. 3. §. 20. n. 17.* dicentes legitimationem prolis antea habitæ, firmari super virtute, & potentia matr. quod postea valide contractum inter parentes prolis, fingitur retrotrahi, ac ii a principio conceptionis contractum fuisset: quod bene explicuit *lex 1. ad fi t. 13. p. 4.* ibi, *Tan gran fuerça ha el matrimonio, que luego que el padre y la madre son casados, se fazen legitimos*: ubi *Greg. Lop.* notat ex Baldo hanc legitimationem imitari naturam, & retrofingi: & melius *Mantica l. 11. de conjecti. ult. vol. t. 12. n. 7.* ubi ait, sufficere solam subsistentiam veri matr. Quod si ex hac ratione demus provenire legitimationem, ea vis veri matr. & valor reperiri debet necessario in clandestino; cum in tota verborum proprietate dicatur, & sit verum matr. Aut provenit ea vis legitimandi ex jure Pontificio, quod id indulsit matr. ut docent *Parisius conf. 13. n. 33. & conf. 15. n. 1. vol. 2. Covar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 18. Mantic. de conjecti. ult. volunt. l. 11. t. 12. nu. 1. Enrig. l. 13. de excommunic. c. ult. n. 5.* & tunc, cum jus Pontificium universaliter id concedat vero matr. *d. c. Tanta*, non est cur clandestino vero id negetur. Si tandem id proveniat, ut ait *decisio Pedemont. 154. n. 4.* ex beneficio a jure introducto, ob tacitum contrahentium consensum, præsumitur enim ab initio cum liberos habuerunt, eumdem affectum contrahendi matr. habuisse, eadem prorsus præsumptio concurrit in matr. clandestino: ergo necessario dicendum est illud habere eamdem vim, ac publicum, legitimandi prolem. 4. Prob. quia, aut clandestinum non legitimat prolem, ratione clandestinitatis, solius; & hoc non, quia quando licite clam contrahitur, cum nulla tunc incurratur pœna (ut diximus hoc 3. disp. 2. nu. 5.) absque dubio legitimat. Aut provenit ratione culpæ clandestinitatis; & hoc etiam non, quia clandestinum culpabiliter contractum, legitimam efficit prolem ex eo habitam: (ut dixi hoc 3. disp. 42. nu. 8.) & tantum pœna non legitimandi plectitur, quando est invalidum, *c. fi. §. Si quis vero, de clandest. desponj.* ergo non est cur negemus clandestino vim legitimandi prolem antea susceptam. Prob. quia (ut dixi disp. præc. n. 4.) si matr. clandestinum invalidum ignorato impedimento, postea ab Ecclesia approbetur, sola talis approbatio matr. revela manentis invalidi, sufficiens est ad legitimandum filios antea genitos: ergo a fortiori clandestinum vere validum hoc efficiet. 5. Prob. quia legitimatio per matr. est favorabilissima ut optime tradunt *Tiraq. de jure primog. q. 34. n. 29. & 31. Mantica de conjecti. ult. volunt. l. 11. t. 12. nu. 1.* Quod adeo verum est, ut quamvis diutina clandestina habitatio non sit sufficiens matrim. præsumptio, in odium delicti parentum, est tamen sufficiens favore legitimationis prolis: ut docent *Abb. cap. Lator, num. 6. qui filii sint legit. & ibi Alex de Nevo n. 20. Mantica* alios referens *d. t. 12. num. 13. Fulvius Pacianus de probat. l. 2. c. 16. n. 66. & 67.* & ideo in re dubia legitimationi favendum est: ut cum aliis docet *Menoch. cons. 18. n. 15. & 16. vol. 1.* ergo esto fateremur rem hanc esse dubiam, an clandestinum legitimet prolem, favendum esset legitimationi, proinde dicendum esset legitimare. Et ideo hanc sent. tenet *Ant. Gabr.* ibi contrarius, *tom. 3. commun. t. de legitimat. concl. 2. n. 7. fol. 378.* colligitque eam ex *Abbate cap. Quod nobis, fin. qui filii sint legit.* ubi dicit non legitimari filios antea natos ex invalido clandestino: quia videntur parentes nosse impedimentum, & ob id clam contraxisse. Unde infert ex dictis *Abbatis* data ignorantia probabili impedimenti, legitimari etiam antea natos, licet matrim. non sit verum, sed putativum. Quare a fortiori legitimabit, si matrim. clandestinum validum sit. Eandem tenent *Mantica de conjecti. ult. volunt. l. 11. t. 12. n. 13. Zephalus* citatus, dicens inadvertenter locutos fuisse DD. prioris sent. *conf. 435. n. 94. & 95. vol. 3.* Et videtur expresse tenere *Anchar. c. Tanta, n. 4. qui filii sint legitim.* ubi ait solum matrim. ponderari ad legitimationem prolis antea natæ. Et *Præpos. ibi n. 17. & 18.* dicens ad legitimationem satis esse solum consensum sufficientem ad matr. Et *Decisio Pedemont. 154. n. 10.* ubi ait legitimationem prolis ab ipsius matrim. valore pendere, & subinde indistincte legitimari filios propter vim ipsius matrim. Et *Fulvius Pacianus l. 2. de probat. c. 16. n. 68.* ubi ait matrim. clandestinum validum, non solere nocere proli. Et *Matienzo l. 3. recop. t. 8. l. 10. glos. 3. n. 5.* dicens subsequens matrim. legitimare prolem, quoties est validum jure canonico. Et *Caldas de nominat. emphyt. q. 21. n. 8.* ubi inquit hodie de jure can. omnia requisita jure civili ad legitimationem prolis abrogata esse, sufficereque solum consensum.

Ad argum. prioris sent. propolita num. 1. constat ex dictis num. 2. in 1. ratione. 3

DISPUTATIO XLV.

Utrum sint aliæ pœnæ ipsius matrimonii clandestini?

SUMMARIUM.

Mulier spoliata a viro quasi possessione, ante omnia est restituenda, secus quando matrimonium est clandestinum, n. 1. Etiamsi ignoranter contrahatur in gradibus prohibitis clam, carent debent contrahentes dispensatione: & idem in quocumque alio impedimento, 2.

Quamvis Concilium ligare nequeat Pontificis potestatem, ne dispenset, at peccaret lethaliter Pontifex in eo casu dispensans, nisi ex nova causa justa, & in illius dispensatione imp. dimenti imperatione, est necessario exprimendum matri-